









1658.

1. <sup>6. c.</sup> <sub>2</sub> Happell, Johannes Siegfriedus: De factis ac  
eorum jure. 3 Exempl. 1658: 1747.

2. Hornmannus, Johannes Martinus: De jure lega-  
torum.

1660

1. Becker, Johan: De occupatione venatoria  
jus demque jure

2. Klein, Mauricus: De correis credendi et debendi.

3. Tuercke, Hermann Otto: De jure repressalium.

1661

1. Abrahamus, Ludovicus: De jure protimiseas  
sen retractus.

2. Hornmannus, Johannes Martinus: De instrumentis  
in genere.

1663.

1. Eubnerus, Johannes: Diversa juris themata.

2. Halbermannus, Arnoldus Mauricius: De nuptiis



1663.

3. Huck, Eberhardus: De subhastationibus
4. Tiadens, Siecus: De consuetudine

1665.

1. Meyer, Johann Adolphus: De unione prolium

1666.

1. Rejterus, Johannes Daniel: Diatriba de oblatione

1668.

1. Brandt, Johannes Georgius: De investitura feudi.
2. Grappius, Ericus: De accessione continua naturali.
3. Muttermannus, Arnoldus Mauricius: Von der Einladung vor Gottes Gericht in Bürger & Pöndchen Sachen.


1669.

1. Becker, Johann Nicolaus: De alimentorum fraus actione

1670

1. Schotten, Johannes Mauricius: De cessione bonorum
2. Wauschafft, Johann Caspar: De arresto seu jure sistendi.







16

3.

4.

16

1.

16

1.

16

1.

2.

3.

16

1.


16













Suppl I. 486.

15.

70.

5

88.

1660, 1.

Beitrag zur Occupations

DISSERTATIO INAUGURALIS  
De  
**OCCUPATIONE**  
VENATORIA, EJUSDEMQUE  
JURE.

**Vom Jagden und Jagtrecht.**

*Quam D. O. M. annuente*

EX DECRETO ET AUTHORITY  
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI ICTORVM  
ORDINIS IN ILLUSTRIS ACADEMIA MARPVRGENSI

Pro

Summis in Utroque Jure HONORIBUS ac privilegiis  
DOCTORALIBUS ritè ac justè obtinendis.

Publicè ac solenni PROCERVVM ACADEMICORVM

*examini submittit*

**JOHAN BECKER / BILFELD.**

In Ictorum Auditorio H. Lq. C.

Die V. Junii.



MARPURGI (ATTORVM

Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Academia Typographo

Anno clc lxc LX.





DISSERTATIO INANICURIALIS  
OCCULTATIONE  
VENIATORIA, EPIDEMIOLOGIE

JOHANNES BECKHARDT  
A. M. D. C. C. C. C.

EX DECRETO ET Auctoritate  
MAGISTRI ET SENATUS  
UNIVERSITATIS  
MAGISTRI ET SENATUS  
UNIVERSITATIS  
MAGISTRI ET SENATUS

JOHANNES BECKHARDT  
MAGISTRI ET SENATUS  
UNIVERSITATIS  
MAGISTRI ET SENATUS  
UNIVERSITATIS  
MAGISTRI ET SENATUS







*Quod Felix faustumq; sit*  
De

**OCCUPATIONE**  
**VENATORIA, EJUSDEM-**  
**QUE JURE.**  
**DISSERTATIO.**



**PRÆLOQUIUM.**



*Ut in vis utroq; jure cum Gentium tum Civi-*  
*li, multi ac varii modi sunt inventi, quibus*  
*rerum dominia acquirantur, inter illos tamen*  
*facile antiquissimus, ac latissimè patens habe-*  
*tur OCCUPATIO earum rerum quæ nullius*  
*sunt l. 1. ff. de A. R. D. §. 11. J. de R. D.*  
*Aristot. edit. Conring. lib. 1. Polit. c. 6. Et*

*hac OCCUPATIO dividipotest: Quod alia sit Violenta, alia non*  
*violenta. Hanc uno verbo inventionem §. 18. J. de R. D. ap-*  
*pellamus. Violentam verò Occupationem in Venatoriam*  
*§. 12. 13. & 14. J. d. t. & Bellicam seu Hostilem §. 17. eod.*  
*subdividi commodè posse putamus. Relictis igitur impræsentiarum*  
*aliis, de Occupatione Venatoria seu quod idem est de jure Ve-*



4

nandi, ( materia satis lucrosa hisque temporibus pra aliis inter illustres & Nobiles maximè controversa ) DEO VOLENTE pro ingenii captu aliquantulum prolixius sumus acturi, eamque praemissa vocis AMBIGUITATE, DEFINITIONE ac DIVISIONE, perspicua ac recepta in Academiis methodo per CAUSAS, adjecto iure Consuetudinario, examinaturi sumus.

MEMBRUM PRIMUM

De

HOMONYMIA ET DEFINITIONE.

THES. I.

Venatio sumitur i. pro Arenaria.



Ocabulum Venationis ambiguum est : Sumitur enim I. Pro ARENARIA VENATIONE quæ olim histrionico more à conductis hominibus in publicis spectaculis depugnando cum bestiis exercebatur. Et hanc venationem qui suscipiebant, virtutis & fortitudinis ostentandæ gratia, de Jure Civili præmio honorabantur, qui vero mercede conventa pugnant, infames fiebant, juxta l. 1. §. 6. vers. & qui operas ff. de postul. l. 1. l. 2. §. fin. ff. de his qui not. infam. t. t. C. de spectat. & scen. & lenon. lib. 11. Marq. Freher. de infam. lib. 3. c. 18. n. 16. & seq. De jure verò Canonico hæc venatio adeo reprobata est, ut etiam spectatores mortaliter peccent, per text. in cap. qui venatoribus distinct. 88. ibidemq. Glossa ut & in c. 1. de Cler. Venat. in verb. voluptate. Postea verò Christiana Religione sensim incrementum accipiente, tum ob nimiam crudelitatem, tum ob sumptus, venatorium hoc spectaculum in usu esse desit. Anton. Peretz. in C. tit. de Venat. ferar. lib. 11. n. 1. 2. 3. Matth. Wesenb. ad ff. de A. R. D. num. 7. Andr.



Andr. Gail. lib. 2. obs. 68. num. 8. Petr. Heig. part. i. quest. 15.  
num. 11.

II. Translatè pro ADULATORIA, qua quis blandis II.  
verbis vel munusculis, alium veluti inescatum de fraudat: <sup>2. Pro adula</sup>  
Sic in Novel. 14. in pr. Imperator invehit in Lenones, quod <sup>toria.</sup>  
blanditiis puellas captent & venentur, ut eas Constantino.  
polim perducant. Ita dicimus venari amorem, viduas &c.

III. In Sacris Bibliis accipitur aliquando pro HOMI- III.  
NUM OPPRESSIVA, quo sensu Genes. cap. 10. vers. 9. Nim- <sup>3. Pro Homi</sup>  
rodus dicitur Robustus Venator coram Domino, id est ut <sup>num oppres</sup>  
Glossa interpretatur in cap. non est 3. distinct. 6. hominum op- <sup>siva.</sup>  
pressor & extinator, quos allexit ut turrim contra DEUM ex-  
struerent.

Denique IV. In sensu juridico & licito, (nam prædi- IV.  
tæ omnes sunt illicitæ) pro SALTUOSA & CLAMOROSA: <sup>4. Pro Sylva</sup>  
& tum Venari idem est quod feras indagare & capere. Vid. <sup>tica, que hujus</sup>  
post Fris. Spiegel. Briffon. Calv. in Lexic. suis juridic. Joh. <sup>loci.</sup>  
Harppr. in Com. ad §. 12. l. de R. D. num. 9. Georg. Mor.  
tract. de jure Ven. pisc. aucup. part. 1. cap. 1. n. 4. & seq.

Et in hac postrema significatione sumitur I. Latius ut V.  
contineat & piscationem & aucupium, prout sumitur à  
Justiniano in d. §. 12. Inst. de R. D. II. Strictius in oppositio-  
ne ad aucupium & piscationem, & tum pro triplici diversitate  
objecti, tres sunt ejus species: Venatio in specie quæ est ferarum <sup>3. species fe</sup>  
sive bestiarum, Piscatio quæ piscium, & Aucupium quæ aviū. <sup>rarum</sup>  
Posterior significatio hujus est loci.

Monendum in principio hic est, non esse SYNONIMA VI.  
jus venandi & jus foresti seu foresta, Forstgericht oder Forstrechte. <sup>Synon. non</sup>  
Hæc enim inter se differunt ut totum & pars, nam Forestalis <sup>sunt jus ve</sup>  
jurisdictio ex recepta Germaniæ consuetudine non ferarum <sup>nandi & jus</sup>  
<sup>Foresti.</sup>



tantum consecrationem & occupationem (ut Venatio) sed alia etiam maximi momenti jura in se comprehendit, ut jus constituendi saltuarios, (*die Forstnecht*) jus transgressores pignorandi & mulctandi, jus fructus sylvestres percipiendi *frohnen zu fordern*. Unde diversa sunt, officia eines *Forstmeisters und Jägermeisters*. de his & aliis differentiis vid. Paul. Matth. Wehner. *in pract. observat. verb. Forstrecht*. Andr. Knichen *de vestitur pact. part. 2. cap. 2. n. 53*. Thom. Mich. *de jurisd. concl. 51. lit. B*. Ludov. Gilhaus, *arbor. judic. cap. 1. p. 1. de jurisd. n. 87*.

VII. Homonymiam Venationis rectè sequitur ejus DESCRIPTIO: At in hac constituenda magna est varietas, quia varii varias definitiones introduxerunt: Placet DEFINITIO Joh. Harpr. *ad d. §. 12. l. de R. D. n. 10*. *Quod sit JVS seu facultas libera occupandarum animantium ferarum, in nullius domino existentium, jure DIVINO GENTIUM & CIVILI hominibus permissa*.

VIII. GENU S in hac definitione est JVS seu facultas, quod propriè neq; juribus personalibus neque 2. Realibus neq; 3. servitutibus juris dictionalibus neque 4. Regalibus est annumerandum: Sed ut alia sunt varia jura principibus vel aliis etiam privatis competentia, ut jurisdictio, feudum, Emphyteusis &c. sic & hoc jus per se consistit. not. rectè Bocero *cl. 4. disp. 3. th. 24. edit. 1*.

IX. Non enim I. Venatio rectè ad servitutem personalem seu *Vsumfructum* refertur, quia Ususfructus cum persona cui debetur, extinguitur *§. 3. Inst. de Vsufr. l. 3. §. ult. ff. quib. mod. Vsufr. amit.* Jus verò venationis sua natura perpetuum & ad heredes transitorium. Andr. Gail. *lib. 2. obs. 66 num. 2*. Vid. Johan. Niellius *disput. feud. 3. thes. 2. in Exegesi*. D. Henr. Hahn.



Hahn. in observat. ad Vvesenb. de A. R. D. num. 7. vers. in fructu in f.

Neque etiam II. Realibus servitutibus rectè aggregatur, X. uti sentiunt Zasius *singul. intell. lib. 1. cap. 11. per tot. & in S. aequè* Neque servit  
2. *Inst. de action. num. 24.* Hier. Treutl. *Vol. 2. disp. 20. th. 3. lit. C.* tns Realis.  
Andr Gail *d. lib. 2. obs. 66. num. 1. & 2.* Vel inde: quia omnes servitutes reales principaliter ad prædii dominantis utilitatem spectare debent *l. 38. de servit. V. P. l. 5. in pr. de S. P. R.* Bernh. Suth. *dissert. 5. th. 14.* Atq; ea est ratio, quare ut mihi pomum decerpere, spatari, cœnare in tuo liceat, servitus ejusmodi inutiliter constituatur *l. 8. ff. de servit.* Ex venationis verò jure Domino castri vel civitatis competente, nihil utilitatis ad castrum vel civitatem, principaliter redit, quia ad ipsiusmet hominis utilitatem pertinet: Accedit 2. & hoc, quod omnis servitus sit in re aliena *l. 26. ff. de S. V. P.* Jus verò venandi non semper competit in re aliena, sed in sua, ut quando quis id habet jure feudi, adeo que utilis dominii. E. Er licet in nonnullis jus venandi cum jure servitutis conveniat, ut in modo probationis, præscriptionibus &c. Andr. Gail. *d. obs. 66. num. 4.* Item quod subditi pati cogantur, ut illorum agros venantes libero ingrediantur, id non attendendum, sed in omnibus negotiis id quod principale considerandum est. *arg. l. 21. ff. de aq. plu. arc.* Reinh. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 3. lit. C.* D. Henr. Hahn. *ad Vvesenb. d. l. n. 7. vers. & hac. inf.* Joh. Harpr. *add. §. 12. l. num. 136.* Joh. Niell. *d. disp. feud. 3 th. 2.* Philip. Hœnon. *disput. 5. contr. 2.*

Impropriè tamen pro quasi servitute reali, in eo saltem haberi potest: quod interdum servitutum realium instar à sylva tanquam prædio servienti, debeat castris vel villæ, tanquam fundo dominantis, & ad heredes transeat. Verum cum ex notissima



Praxis tamē  
h. contraria.

notissima Germaniæ consuetudine hæc præcitati opinio Zafii in *praxi* observetur, & secundum eandem in Camera Imperiali iudicatum. Andr. Gail. *d. obs.* 66. n. 2. Hanc proleteriariam consuetudinem, tanquam optimam legum interpretem *c. cum dilectus* 8. *de Consuetud.* l. 37. *ff. de legibus.* ut alias servandam, ita cum primis in hac palæstra dominatu potiri statuunt. Andr. Knich. *de Vestitur. pact.* part. 2. cap. 2. num. 23. Modestin. Pistor. *cons.* 14 num. 29. vol. 2. Noe Meurer. *tract.* *de jure Foresti* part. 2 fol. 15. & 30. Georg. Mor. *d. tract.* *de jure ven.* part. 2. c. 3. n. 4. 5. 6.

XII.  
Neque juris  
dictionalis

Nec etiam III. subscribimus Franc. Zoanet. *in tract.* *de dupl. venat.* num. 105. & 107. ubi asserit: *Venationem esse servitutem jurisdictionis seu servitutem jurisdictionalem*: propterea, quia *jurisdictio est potestas juris dicendi* l. 3. *ff. de off. ejus cui mand. t. t. ff. de jurisd.* quæ à nostro Venationis jure & definitione *supr. ib.* 7. tradita, maximè separata & diversa est. At separatorum & diversorum separata & diversa est ratio *per vulg.* Et hinc est quod in Germania nonnulli in aliorum territorio & districtu jus venandi habeant, licet jurisdictione mero & mixto Imperio destituantur. Regner. Sixtin. *de Regal.* lib. 2 cap. 18. num. 51. Andr. Knichen. *d. tract.* part. 2. cap. 2. n. 65. Petr. Heig. *part. 1. quest.* 15. num. 53. Unde, quamvis Comiti, Baroni, Nobili, sit à Principe concessum castrū cum mero & mixto imperio, & omni jurisdictione, non tamen intelligitur jus venandi concessum, nisi expressè & in specie jus venandi nominatum sit: Vel vice versa, concessio jure venandi merum mixtum imperium, & jurisdictione simplex concessa non præsumuntur. Concesso tamen castro, villa vel pago cui adheret jus venandi, conceditur quoq; jus venandi: Ratio est, quia accessorium sequitur suum principale §. 26. *Inst. de R.*



de R. D. Georg. Mor. d. tr. de j. ven. part. 1. cap. 1. num. 18. & part. 2. cap. 3. n. 7.

Deniq; IV. An jus venandi Regalibus computari debeat, XIII. difficillima est quaestio? Egregii J Cti id affirmant. Petr. Heig. Nec denique ad Regalia referri potest

d. quest. 15. num. 44. Wehner. pract. observ. lit. F. in verbo Forstrecht Pruckman. in tract. de Regalibus §. venatio cap. 4. Rosenthal. in tr. de feud. cap. 5. concl. 94 num. 6. & Justus Si-

nold. Schük. Exercit. jur. 5. th. 8. Contraria tamen sententia firmioribus rationibus niti, adeoque verisimilior nobis videtur, quia 1. nec ad Regalia majora nec minora referri potest 2. Regalia sunt jura soli Imperatori in signum praeminentiae ad Imperii Majestatem conservandam vel ad salutem & utilitatem publicam tuendam concessa. Gotofr. & Feudd. com. ad cap. 56. qua sunt Regalia lib. 2. Feud. Herm. Vult. lib. 1. Feud. cap. 5. n. 7. in pr. Et licet hodie etiam inferiores Principes Regalia habeant, ab ipso tamen Imperatore primitus, vel concessione vel praescriptione ad eos pervenerunt, cap. super. 26. vers. praterea X. de V. S. Tale autem jus venatio non est. 3. quia & textus in d. tit. 56. lib. 2. feud. nullam venationis mentionem facit, ubi tamen Imperator Fridericus omnes & singulas Regalium species accuratè enumerat. Nec obst. d. cap. 56. n. 2. Feud. ubi piscationum redditus expressè dicuntur esse de Regalibus. Nam hoc cap. de piscandi redditu, id est venatione, non de jure loquitur. Et hanc nostram sententiam defendunt Andr. Tyraq. de Nobilit. cap. 370. n. 150. Herm. Vult. d. lib. 1. de feud. cap. 5. num. 7. vers. an etiam. Joh. Harpr. ad d. §. 12. num. 143. & mult. seq. Matth. Wesenb. in parat. ad tit. d. A. R. D. n. 7. inf. Reinh. Bach. ad Teutl. Vol. 2. D 20. th. 3. lit. B. Philip. Hænon. d. disp. 5. controuv. 2. Sebast. Med. in tract. de Venat. part. 1. quest. 27. Jacob. de S. Georg. in tract.

Rationes 3.

1. nec ad Regalia majora nec minora referri potest

2. Regalia sunt jura soli Imperatori in signum praeminentiae ad Imperii Majestatem conservandam vel ad salutem & utilitatem publicam tuendam concessa.

3. quia & textus in d. tit. 56. lib. 2. feud. nullam venationis mentionem facit, ubi tamen Imperator Fridericus omnes & singulas Regalium species accuratè enumerat.

Nec obst. d. cap. 56. n. 2. Feud. ubi piscationum redditus expressè dicuntur esse de Regalibus. Nam hoc cap. de piscandi redditu, id est venatione, non de jure loquitur.



*de feud. verb. & cum venationibus num. 1. Regn. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 18. num. 32. & seqq. qui tamen num. 45. hodiè de Consuetudine jus venandi ad Regalia pertinere censet, præsertim cum in investituris, quibus Regalia conceduntur, venationis etiam inter alia fit mentio, juxta clausulam: **Wie Wäldern/ Wildbahnen Jagten/** cui occurrit D. Hahn. in obs. ad Wesenb. d.l. num. 7.*

## MEMBRUM SECUNDUM.

De

VARIIS VENATIONUM  
DIVISIONIBUS.

THES. I.

*De Differentia specifica in subsequentibus agemus, progredior ad DIVISIONES.*

1. Venatio alia superior alia inferior.

**V**ENATIO I. ratione *Objecti* dividi potest. In *Superiorem* seu *Inferiorem*, vel quod idem est: in *Majorem* & *Minorem*: In die hohe vnd niedere Wildbahn. Ad illam referuntur *Ferae Maiores*, puta, cervi, apri &c. Das hohe schwarke vnd rothe Wildpreih: Ad hanc verò *Ferae Minores* puta: Vulpes, lepores &c. Haasen/ Füchse/ Aichhörner vnd Klein Weidwerck. Item animalia volatilia Vogel fangen/ Hühner verstoffen &c. Besold. in thes. pract. ad verb. Jagten/ Jagt recht. Sebast. Khraiff. de jure venandi cap. 3. n. 1.

Q. II. Venatio *Vr*, sine est peculiaris species.

Quær. hic num *Vrsi* seu *Venatio Vrsina* die Bähren Jagt ad *feras majores* pertineat? quod negat Andr. Knich. d. ir. de vestit. pact. p. 2. c. 2. num. 38. & quia illa venatio non est de genere specierum permissarum, sed separata species, secundum

Noe



Noe Meurer *d. tr. d. j. forestip. 2. fol. 16. & fol. 32. inf.* proinde nec sub venatione majore comprehendit, nec concessa venatione altioris notæ **roth vnd schwarz Wildpreth** hanc concedit liquet, nam quod Princeps vix speciatim & in singularem faventiam concedere solet, in genere non transit *l. in generali* 81. *de Reg. j. in 6. l. 6. ff. de pignor.* Vid. Wehner, *in obs. pract. verbo Forstrecht.*

De Capreolis von den Rehen etiam Quæritur, num perti- III.  
neant ad *feras majores*, an ad *minores*? Dubii hic sunt Dd. Ma- Capreoli pro  
joribus capreolos annumerat D. Bened. Carpz. *in praxi crim.* consuetudine  
*part. 2. quest. 84. n. 72.* Sebast. Khraisl. *ad Constit. Venat. Ba-* ne loci mo-  
*var. cap. 3.* Contra minoribus feris accenset, Meichsnerus do ad majos  
*tom. 2. decis. 42.* Jacob. de S. Georg. *in Tr. feud. verbo & cum* jores modo  
*venationibus n. 1.* Et quoniam hæc distinctio feratum in ma- ad minores  
jores & minores, secundum Petr. Heig. *d. quest. 1. num. 62.* referuntur.  
à sola consuetudine originem sumsit, consuetudinem etiam  
locorum quæ ex constitutionibus venatoriis (**Jaglordnun-**  
**gen**) facile apparebit, præcipue considerandam esse mone-  
mus. In dubio tamen accensendi videntur minoribus præd.  
Noe Meurer. *in d. tr. de jure Foresti part. 4. tit. Jagen vnd*  
**Waidwerck genand.**

Dixi quod ad Venationem minorem referantur etiam IV.  
animalia Volatilia **Bogel fangen**: Ubi tamen maximè no- Aucupium  
tandum, quod & *aucupium alius majus aliud minus* sit: **groß vnd** etiam aliud  
**klein Bogelwerck.** D. Wehner. *in observat. ad verba Bogel-* Majus aliud  
**weid / Bogelherd.** quoniam verò & hic nobiliores aves (vi- Minus.  
delicet Attagenes, Phasiani, Perdices, Vrogalli, Cygni & Ar-  
deæ. **Haselhüner / Fasanen / Rabhüner / Aurbhanen / Schwa-**  
**nen / Raigern** &c.) diversimodè à Dd. & Saltuariis modo ad  
superiorem, modo ad inferiorem bannum referuntur, certa



Regula, quas aves quisque jure minoris vel majoris aucupii persequi possit, tradi non potest. In Bavaria: Perdices, Attagenes & Urogalli ad minus aucupium spectant. *Const. venat. Bavar. cap. 22. ibique Khraisl. per totum.*

V. II. Ratione modi Venatio alia est legitima, alia non legitima.

2. Venatio a  
lia legitima,  
alia non legit

Hæc est, quæ sit contra Leges Venatorias: De jure etiam communi venationem certis temporibus prohiberi posse, & consequenter certis tantam temporibus venari licere, tradit Sebast. Med. de Venat. part. 1. quest. 10. & 11. Contra leges enim venatorias, hoc est: *Unwaidmannisch zujagen item Hecken/Gruben/Sulzen zurichten/* venari non permittitur, nisi quis antiquitus ita præscripserit: Non enim quomodo & quando quis venari velit, cujusque libidini permitti debet; & hoc propterea, cum ex libidine & immoderato affectu fa-

Leges Vena  
toriar.

cilè omnia humana opera reddantur illicita: Hinc in Constitutionibus Venatoriis *Jagd-Ordnungen* disponi solet: Ne insidiæ feris struantur modis non legitimis nec permissis, ne plagæ seu retia non nimium arcta, sed ordinata & tolerabilia sint, *es müssen die Zeug und Netz nicht zu eng / sondern dem veraordneten Spiegelmaß gleich seyn/* ne feræ capiantur, nisi ad justam mensuram excreverint, ut foeminis parceretur, imprimis quando foetum gerunt: Ut Cervus tantum à Festo Michaelis usque ad Nativitatem Christi, Apri vero à festo Galli usque ad nativitatem Christi capiantur &c. Ratio est, quia tum cervi & apri opimi & optimi sunt. Et ut bannus ferinus conservetur ne nimia ferarum fiat de populatio. Sic Constitutionibus Principum Saxoniae cavetur, ut ab omni venatione post Bachanalia abstinetur usque ad diem Bartholomæi inclusivè, sub pœna 100 florenorum solvenda præfecturæ cujusque loci, in quo contra Edictum quid factum fuerit, Matth. Coler.



Coler. *ad c. auditis de prescript. num. 39.* Vid. omnino *d. Constit. Venat. Elect. Bavar. & ad eam Khraiff. cap. 2. & 3.* Confer. Sebast. Medic. *d. tract. part. 1. cap. 4.* Georg. Mohr. *part. 2. cap. 10. num. 8.*

III. Ratione *Loci* Venatio *alia fit in saltu, alia in Latifundis, illam saltuosam eine Forstjagt.* Hanc *eine Heckenjagt* appellant. Noe Meur. *de j. foresti part. 2. tit. Wie viel species die forstliche servitut. &c.*

IV. Ratione *Formae* distingui potest, quod *alia fiat tacite, alia cum cornu & clamore quam clamorosam* appellant, *alia canibus vom Strick zu hehen / alia laqueis, alia foveis, alia armis & tormentis aliisque modis arg. l. 28. & 29. ff. ad L. Aquil. S. si quis vers. nemoretia 2. Fend. 27. Wesenb. d. tit. de A. R. D. n. 7. vers. Forma venandi.*

VI.  
3. Venatio  
alia eine Forst-  
alia eine He-  
ckenjagt.  
VII.  
4. Venatio  
alia Tacita  
alia clamorosa.

MEMBRUM TERTIUM

De

CAUSA EFFICIENTE.

THES. I.

CAUSA EFFICIENS Venationis est vel *Remota* vel *propinqua.* HÆC est ipsa industria hominis Venatoris Georg. Obrecht. *disp. 1. Civ. 14. de Venat. th. 11.*

ILLA est *jus Naturale* seu *Gentium*, quia hoc jure omnia animalia, quæ terram mari & cælo capiuntur, hoc est, *feræ bestia, volucres, pisces* capientium fiunt *d. §. 12. 1. de R. D. l. 1. §. 1. ff. de A. R. D.* quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur *l. 3. ff. d. tit.* Nec immerito, quia quod omnibus nascitur, industriae præmium est. Vid. Hugo de Roy *in tract. de eo quod justum est lib. 1. tit. 5.*

II.  
Causa Effie.  
est jus Gen-  
tium,

B 3

A præ-

9.





III. A prædicto verò jure postmodo jus Civile & mores ho-  
 dierni recesserunt, & Imperatoribus, aliisque summis princi-  
 pibus solis jus venandi addixerunt. Sed Quær. jam hic quo ju-  
 re? Et num rectè subditis adempta sit venatio? Graviter hac  
 de re disquiritur apud Dd. & meritò in dubitationem voca-  
 tur, quia non solum jure Naturali sive Gentium (ut hæcenus  
 diximus) omnibus permessa, quod à Principe tolli nequit §.  
 pen. 1. de j. N. G. & C. sed etiam voce divina hominibus jus ve-  
 nationis concessum est: Dominamini (enim inquit) summus  
 ille creator Genes. cap. 1. vers. 28. piscibus maris & volatilibus  
 cœli & universis animantibus, quæ moventur super terram.  
 Nihilominus tamen optimo jure subditis illud jus adem-  
 ptum esse putamus. Quoniam Reipublicæ gubernatio à  
 Deo ita concredita & commissa est Principibus, aliisque sum-  
 mis Magistratibus, ut gubernent eam cum præcipiendo, tum  
 prohibendo, prout salus Reipublicæ & necessitas exigit.  
 Unde cum viderunt Principes, magno cum Reipublicæ de-  
 trimento conjunctum esse, imo cum interitu & everfione  
 ejusdem, venationis otio si promiscuè indulgerent: subditi  
 1. enim per hoc ab officiis suis avocarentur 2. Pax publica  
 (quia sine armorum subsidio vix venari potest) exinde tur-  
 baretur, & aucto jam genere humano denique 3. facile ali-  
 qua ferarum species tota exstingui poterat. Justissimis igitur  
 de causis, & publica utilitate ita exigente, merito Principes  
 venationis jus subditis suis interdixerunt. Sic argumentor.  
 Sine quo nulla civitas potest esse salva, id merito à Bono  
 Principe prohibetur.  
 At absque certo venandi ordine (ut probavimus) nulla  
 civitas seu Respublica poterat esse salva. E. Plures rationes  
 videri possunt prolixè apud Wesenb. d. 1. de A. R. D. num. 7.  
 Andr.

Jus venandi  
 Principes ho-  
 diè sibi pro-  
 prium fece-  
 runt.

Quær. num  
 rectè? quod  
 Aff.

Ratio tri-  
 plex.



Andr. Fachin. *lib. 1. controu. 1.* Dom. Arum. *Exerc. 4. th. 9.*  
Georg. Frantzk. *Exerc. 4. quest. 2. num. 6.* Philip. Hœnon.  
*disp. 4. controu. 6.* Domin. de Soto *lib. 4. de just. & j. quest. 6.*  
*art. 4.*

Rationes etiam supra pro Negativa allatæ, nihil ad ver. IV.  
santur : Disting, enim est inter *jus Naturale Positivum & Ne-* <sup>Et ad contr.</sup>  
*gativum*, illud Princeps non potest tollere, ad Hoc vero perti-  
net jus venandi, quod limitari aut tolli ex causa nihil prohi-  
bet, accuratè hæc traduntur à Suarez. *lib. 2. de legibus c. 14.*  
*num. 14.* Dom. Soto *lib. 1. de Inst. & j. quest. 4. art. 5.* Et opti-  
mè Hugo Grot. *de j. Belli ac P. lib. 2. cap. 2. n. 5.* Lex enim Ci-  
vilis (inquit) *quanquam nihil potest præcipere, quod jus natura*  
*prohibet, aut prohibere quod præcipit, potest tamen naturalem li-*  
*bertatem circumscribere & vetare quod naturaliter licebat, atque*  
*etiam ipsum dominium naturaliter adquirendum, vi sua antever-*  
*tere.* Vid. præter supr. alleg. Joh. Harpr. *ad d. §. 12. num. 94.*  
*100. & seq.* D. Erasmus Ungepaur. *p. m. Hospes quondam meus*  
*honoratissimus Exerc. just. 5. quest. 5. in Nego.* Joh. Wurmbf.  
*nucl. jur. controu. lib. 2. tit. 1. controu 5.* Speckhan. *cent. 1. quest.*  
*97.* Didac. Cavarruv. *ad Reg. peccatum de Reg. j. in 6. p. 2. §. 8.*  
Fern. Vasq. *Illustr. controu. lib. 2. cap. 29. num. 37. 39. & seq.*  
Anton. Peretz. *in Cod. tit. de Venat. ferar. lib. 11. num. 7.* Si-  
nold. Schütz. *Exercit. 1. 5. th. 8. lit. C.* Georg. Mohr *tr. de*  
*Venat. & c. part. 1. cap. 2. per tot.*

His & aliis de causis commotus FRIDERICUS Impera- V.  
tor salutarem Reipubl. constitutionem sancivit, & subditis <sup>Frider. Impe-</sup>  
præsertim Rusticis primo Venationes ademit *§. si quis 5. vers.* <sup>rat. primò</sup>  
*nemo lib. 3. Feud. tit. 27.* his verbis : *Nemo retia sua aut la-* <sup>subditis ve-</sup>  
*queos, aut alia qualibet instrumenta ad capiendas Venationes* <sup>nationes ad-</sup>  
*tendat.* Quam potestatem deinde etiam Imperatores, Va- <sup>emit.</sup>  
fallis

9.



fallis suis Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus,  
 Nobilibus, remunerationis ergò, quod strenuam in propu-  
 gnando imperio nayarunt operam, una cum ditionibus in  
 investituris concesserunt. Quique postea, Imperatores ali-  
 osque summos Principes secuti, rectè etiam hoc jus in suis di-  
 tionibus & territoriis, (*frustra nonnullis Dd. dissentientibus*)  
 sibi reseruarunt, & subditos suos à Venationibus repulerunt:  
 quia per Doctrinam Dd. quilibet Princeps, Comes vel Baro,  
 tantum potest in sua ditione quoad eorum subditos, quantum  
 Imperator in Imperio. Generaliter enim Vasallus in re feu-  
 dali omnem potestatem & utilitatè, quam investiens habuit,  
 consequitur: consequenter etiam sic contra jus Commune,  
 quoad subditos suos, statuere possunt. Baldus in l. 1. quast. 43.  
 ff. de R. D. & in Rubr. cap. un. que sint Regalia. Peregrin. de  
 jure fisco lib. 1. tit. 2. num. 81. & 92. Gail. de pace publ. lib. 1. cap.  
 6. num. 10. ibiq. allegati. Id quod ex hodierna Germaniæ con-  
 suetudine & experientia notoria, absolutissima rerum Ma-  
 gistra, satis liquet.

VII. Sic & apud nos COMITATU RAVENSPERGENSI:  
 In Fürstl. Gültlicher Policey Ordnung / sub Rubr. vom Jagen  
 vnd Weydwerck. tale exstat edictum: Es sollen vnser Ambte  
 leute vnd Befelchhaber bey schwerer Straffe vnd vnser Bngnae  
 de verbieten lassen / daß niemand er sey wer er wolle / einig Wild-  
 preth mit Büchsen oder Bögen schiess. Daß auch niemand /  
 denn die Wandeler Büchsen vnd Bögen tragen / vnd doch nicht  
 oußerhalb der Wege vnd Strassen. Gleichfals daß auch nies-  
 mand / omb oder in vnser Wildbahnen jage / auch alle andere sie  
 seyn Geistlich oder Weltlich / vnser Diener oder andere / die  
 nicht von der Ritterschafft / oder deß nicht sonderlich privilegirt,  
 sich alles Jagens auch mit Haasen / Canin vnd Feldhüner ent-  
 halten.

Principes  
 Comites &c.  
 postea & hoc  
 jus sibi rectè  
 reseruarunt.

Edictū Prin-  
 cipum Juliae  
 cens. quo ad  
 Venationes.



halten. Daß aber sonst vnser Ritterschafft Haasen vnd Fildhüner vmb ihre Häuser da sie wohnen / auff ihrem Erb fangen / mögen wir erleiden / daß solches wie an einem jeden Ort von Alets herkommen / vnd gewöhnlich gehalten werde. Ex hac Constit. patet Minores feras, Nobilibus semper venari licere, Majores vero feras hohes Wilde / non aliter, nisi expresse iis in literis investituræ sint concessæ, daß ihnen die hohen Jagten außdrücklich verlichen seynd / vel præscripserint. Joh. Schneid. add. §. 12. l. n. 5.

Quo vero titulo hodiè Venatio ad Principes pertineat? VII. non eadem Dd. sententia: Valent. Riemer. *de cad. 4. Coroll. 1.* Quo titulo Arnifæus *lib. 3. de j. Majest. c. 4. n. 9. ibiq; allegati,* longissimi Principes habeant venationes *Quæ.* temporis *præscriptioni,* eamq; subsecutæ subditorum *patientia* Rejicitur titulus *præscriptio* attribuent. Sed malè. Tum quia Venatio, quæ ex Jure Gentium descendit, habile objectum *præscriptionis* non est, tum, quia subditi contra Principes Imperio & potestate utentes, jus suum defendere non potuerunt: Accedit & hoc, quod non sit verisimile, ab initio subditos patienter ejusmodi prohibitiones admisisse, & quod lex *præsumat* in casibus insolitis & actionibus subditorum ante non usitatis, potius coactionem & metum, quam voluntariam liberalitatem & spontaneam assensionem. Fern. Vasq. *illustr. controu. lib. 2. cap. 83. n. 27.* Guido Papa *consil. 1. num. 12. & Consil. 65. num. 4.* Fulv. Pacian. *de probation. lib. 1. cap. 30. num. 80.* Johan. Garf. *de expensis. c. 9. num. 3.* Minus rectè ergò *præscriptio* præten- ditur, quia caret fundamento, & de mora & negligentia subditorum hæctenus non constat, nam ubi non est negligentia, ibi *præscriptio* initium sumere nequit *text. in l. Genero 8. ff. de his qui not. infam. Gail. 2. observ. 105. n. 6.*

Non etiam II. *Nuda occupationis* id adscribendum, quia VIII. etiamsi

C

etiamsi

9.





ut & nuda etiam si hæc quoad publica loca, tanquam vacua, sufficere possit, quoad privata verò deficit, cum unusquisq; privatorum occupatio- nis, jus in fundo suo liberè venandi quæsitum habeat, quod princeps nuda occupatione auferre ipsi non potest. *Iure* igitur potius *superioritatis & publicæ utilitatis*, (propter rationes *supr. traditas*) quæ non rarò commodis privatorum præponderat, arg. l. 6. de just. & j. juncta l. 1. ff. de V. sucap. ademptio hæc defendi posse videtur, cum Georg. Frantz. *Exercit. 4. quest. 2.* vid. Bachov. *ad Vol. 2. Trentl. disp. 20. th. 3. lit. A. Suth. disert. 4. corollar. 4.*

## MEMBRUM QUARTUM.

De

MODIS, HODIERNIS MORIBUS  
VENATIONEM ACQUIRENDI.

THESES. I.

Causa Efficiens Venationis hodiè potest esse Jus Civile.

**C**AUSA EFFICIENS *Remota*, hodiè potest esse JUS CIVILE, propterea etiam in *Definit. nostra* ejus mentionem fecimus, constat enim, hoc jus alicui interdum ex *Constitutione vel Statuto*, nonnunquam ex *Consuetudine & præscriptione*, aliquando ex *privilegio*, seu *speciali Principis concessione*, vel *Emptione sive permutatione* competere. Et cum jus Civile & mores hodierni à jure Gentium divortium fecerunt, jus venandi Domini Territoriorum sibi solis adscripserunt. Proinde *jus venandi quod his modis* acquiritur, merito *juris Civilis esse* censetur: De præcipuis tantum agemus.

II. *Modi acquirendi Venationem hodiernis moribus, duo*

Modi acquirendi Venationem sunt duo. præcipuè sunt: CONCESSIO scilicet, ac PRÆSCRIPTIO.

Conce-



Concedere verò hoc jus sine dubio possunt: Domini territo- III.  
 riorum, ut & ii, qui hoc legitime præscripserunt. CONCESSIO Personæ Cō-  
 illa fit plerumque per investituram. In qua duo præcisè obser- cedentes  
 vanda 1. quod concessa venatione omnia quoq; illa concessa quæ.  
 creduntur, quæ ad capturam ferarum facere possunt text. in Primus mo-  
 l. 2. ff. de jurisd. l. 1. §. aqua 8. ff. de Rivis. 2. Ipsissimus inve- dus est Con-  
 stituræ tenor. c. unic. 2. F. 18. Investitura enim ex communi cessione per in-  
 Doctorum sententia est strictissimi juris. Rosenthal. de feud. vestituram.  
 cap. 6. conclus. 37. Mozz. de origin. feud. n. 21. Unde vulga- Investitura  
 tum illud axioma: Quod investituræ tenorem non restrin- est strictissi-  
 gere nec ampliare, sed prout verba sonant, interpretari de- mijuris,  
 beamus. Ulterius enim de feudorum natura non disputan-  
 dum, quando de Voluntate ac mente investentis constat,  
 quia tenor investituræ omni feudorum naturæ derogat, à quo  
 ne transversum quidem unguem est discedendum. Herm.  
 Vult. de feud. lib. 1. cap. 7. num. 56. Schuff. consil. 98. num. 1.  
 & seq. cent. 1. D. Bened. Carpz. Jurisp. For. part. 3. constitut. 29.  
 defn. 10. Nunquam enim præsumitur, quod Princeps per  
 prælibatam concessionem & actum, sibi præjudicare velit,  
 nisi quatenus disertè exprimat c. super eo 15. X. de offic. deleg.  
 Andr. Knichen tr. de vestitur. pactio. part. 2. c. 1. n. 64.

Ex hisce principiis, variæ & Nobiles quæstiones circa IV.  
 interpretationem vestiturarum à Dd. moveri solitæ, facile di- De interpre-  
 lui possunt, aliquot attingamus. tatione Ve-  
 stituræ

Quær. I. An concessa Venatione majore das hoheroth vnd  
 schwarz Wildpreth / concessa quoq; credatur venatio minor? Q. 1  
 Neg. quia Venatio major & minor sunt diversæ species, adeo- Concessa  
 que ab una ad alteram argumentari non licet arg. l. 32. ad L. Majore Ve-  
 Aquil. Nec enim talis concessio, quæ ad certam speciem natione, non  
 aperte directæ est, extra eandem speciem, patitur interpreta- creditur con-  
 tionem, cessa minor.



tionem, quia interpretationi locus non est, ubi verba sunt clara & perspicua *text. in l. 25. §. 1. ff. de leg. 3. l. 137. §. 2. in f. de V. Oblig.* Besoldus tamen in *Thef. pr. verbo Jagen/ Jagerecht. vers. ego ita.* distinguendum esse putat, ut cui competit die hohe Jagbarkeit / vi superioritatis territorialis, in *Kraffe der Fürstl. vnd Lands-Obrigkeit* / is jus capiendi habeat feras omnes indistinctè, secus si præscripserit, vel jure particulari habeat, das hohe Wildpreth zu jagen. *per trad. rationes. vid. Khraiss. ad Constit. Bavar. Venat. cap. 2. n. 11.*

Q. 2. V. *Generalis vestitia pactione de Jure continet omnes feras.* Quar. II. *An Generalis vestitia pactione mit aller Jagerecht gerechtigkeit / contineat tam majores quam minores, imò omnium ferarum genus?* R. Si hæc quæstio ex jure Civili definienda esset, tum affirmativam omnino suadet, illimitata & generalis illa concessio, quæ & generaliter & sine distinctione accipienda, (*per vulgata.*) Investitura enim (*ut diximus*) nec restringenda nec amplianda. Et quod in genere dicitur ad omnes species extenditur *l. 8. ff. de public. in rem act. l. 1. §. 1. ff. de legat. præst.* Et ita docent *Petr. Heig. p. 1 quest. 15. n. 61. & seq. Cavarruv. variar. Resolut. lib. 1. cap. 13. n. 1. & seq. Regner. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 18. num. 48.* Nec movet quod in generali jurisdictionis concessione tantummodo veniat ima seu minima, uti urget *Knichen d. tr. de vestitur. pact. p. 2. cap. 3. num. 19. per tot.* Responderi enim potest: jus Venandi diversam esse speciem à jurisdictione, ut *supr. Membr. 1. th. 12. probavimus. vid. cit. Sixtin. d. l. num. 51.*

VI. *Secus de hodierna Consuetudine.* Quoniam verò hac in re, non tam juris Civiles definitionibus, quam experientiae & observantiae inhærendum: Ex hodierna consuetudine, cum Principes rarò soleant concedere vasallis suis jus venandi feras majores, cum quis investitus fuerit castro, in quo sunt plures sylvæ atq; feræ, prædicta formula:



mula: **mit Jagdgerechtigkeit** / probabilius est, minores tantum feras Principem concessisse, nisi specialiter & expresse, contrarium fuerit actum *arg. l. 1. de off. eius cui mand. est jurisd.* Bened. Carpz. *Jurispr. For. part. 3. const. 32. de fin. 17. num. 15.* Meischner. *rom. 1. lib. 2. decis. Cameral. imper. num. 2.*

Quær. III. **An Dominus Foresti concedens alicui potestatem, nach Fuchß vñ Hasen zu richten vnd zu baissen / intelligatur etiam tribuisse facultatem, einen Fuchß oder Haasen mit der Büchsen zu schießen?** Quod Negamus, quia & in hac concessionis specie modus est appositus, qui strictissime est observandus. Insuper & hic diversa ratio, ergo & diversa juris dispositio *arg. l. 9. ff. de Edend. l. 32. ff. ad L. Aq. l. quod inde apparet.* Quod feræ ex bombardarum sonitu disturbantur, atque in fugam conversæ sua lustrare relinquere solent, id quod non fit per capturam, laqueis & retibus, similibusque instrumentis institutam. Et hanc opinionem communi praxi & observantia receptam esse, testatur Joh. Harpr. *ad d. §. 12. l. de R. D. num. 251.*

VII. Q. 3. Cui tantum concessa potestas nach einem Haasen zu richten / ille non habet potestatem einen zu schießen.

Ejusdem farinae est & Quæst. IV. **Num Princeps qui jus venandi in certo territorio alicui concessit, etiam jus aucupandi & piscandi dedisse censeatur?** Quod itidem Negamus cum Harprecht. *præcit. l. num. 225.* Quia & hæ sunt distinctæ species, *arg. l. 9. §. 5. ff. de V. usufr. à quibus nihil infertur l. fin. ff. de Calum. l. 20. ff. de Minor.* Differunt enim ratione Objecti, substantia & qualitate, & diversis quoque nominibus appellantur, quæ & per consequens diversos habent effectus, secundum Gotofr. *in l. 7. C. de jure Codicill. add. Sebast. Medic. in tract. de Venat. p. 1. in præfat. n. 34. & seq. Gail. de pignorat. observ. ult. n. 4.* Hinc etiam rectè infertur, quod is qui Venationem ferarum in alterius territorio præscripsit, virtute hujus

VIII. Q. 4. Qui jus venandi concessit, jus aucupandi & piscandi dedisse non censeatur.

9.



præscriptionis ibidem aucupari & piscari nequeat, quia qui usus est una specie jurisdictionis, non acquirit jurisdictionem in aliis diversis speciebus, quia Regula est: quantum possessum tantum præscriptum & non amplius *l. 1. §. 5. ff. de itin. act. priv. cap. auditis. 15. X. de præscript.* Gail. *d. obs. ult. de pignorat. num. 4.* Klock. *Tom. 1. consil. 50, num. 50.* Pruckman. *in tr. de Regal. §. venatio c. 4. n. 67.*

Q. 5. IX.

Anis qui jus venandi in sylva habeat, possit ramis cingere sylvam? D.

V. Quæri potest, Num is qui jus venandi in sylva quadam habeat, eamque lignis & ramis cingere, ac bannum Venatorium cinen gehâgten Wildbahn constitutare possit? Ob der zu jagen auch zu hagen Macht habe? Quamvis vero Venatio cincturam Sylvarum præcisè non requirat Noe Meur. *p. 2. tit. Ob der zu jagen etc.* Ex consuetudine tamen id affirmant Gail. *lib. 2. obs. 68. num. 7.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 18. num. 66.* Modo frondes & ligna, quibus ejusmodi cinctura perficitur, non desumantur è sylva illa aliena, quæ nudum jus venandi debet, sed adportentur aliundè. Id tamen cum Petr. Frider. Mindan. *de Process. lib. 2. cap. 41. num. 1.* Intelligi debet, si, id absq; præjudicio alterius fieri possit, v g. Si alius quispiam jus pascendi, usum vel usumfructum haberet, hunc invito fructuario dererorem per hoc facere non potest Joh. Wurmser. *Exerc. j. publ. 3. quæst. 10.* Harpr. *ad d. §. 12. num. 272.* Ludovic. Gilhaus *Arbor. judiciar. part. 1. de jurisd. cap. 1. n. 89.*

Q. 6. IX.

Jus glandis legendæ ad Dominū sylvæ pertinet.

VI. Rectè hic Quæritur *cujus sint fructus sylvæ venatoria: An ad Dominum sylvæ, an verò ad eum, qui in illa ius venandi possidet, pertineant?* Nos putamus in dubio jus glandis, quæ sunt pars sylvæ, ad Dominum pertinere, non ad illum qui in ea jus venandi præten dit, nisi vel conventionem seu pacto; (quod servandum *l. 1. l. 7. §. 7. ff. de pact.*) vel longo usu seu consuetudine, (quæ etiam vicem legis obtinet *l. 1. §. fin. de aq. pl. arc.*)



pl. arc.) vel legitima præscriptione aliud alicubi obtineat, cum  
 Andr. Gail. *d. lib. 2. obs. 68. n. 1.* Noe Meurer. *in tract. foresti*  
*part. 2. tit. Ob die Eichel/Striche vnd ander wild Obst.* Georg.  
 Mor. *d. tract. part. 2. c. 2. n. 23. facit l. 9. §. 1. ff. ad Exhibend.* Et  
 licet glandis nomine, omne genus fructuum intelligatur *l. un.*  
*ff. de gland. leg.* nihilominus tamen inutiles & viles fructus  
 sylvæ servienti pro usu & alimentis ferarum debentur: Uno  
 enim concessio, & reliqua concessa intelliguntur, sine quibus  
 illud commodè explicare nequit *l. 2. ff. de iurisd. l. 3. §. 2. de*  
*S. R. P. Gail. dict. l. n. 3. Mor. d. l. num. 27.* Alias enim brevi  
 feræ quoq; fame perirent, cum alimenta denegans necare  
 videatur, *l. 4. ff. de liber. agnosc. l. 34. ff. de re judic.* Dissentit hic  
 Harprecht: *d. l. n. 278.*

Insuper Dominus sylvæ venatoriæ, in qua alius jus venã- XI.  
 di habet, non prohibetur ex ea ligna cædere, ac arbores ad Sylvæ Domi-  
 usum ædificiorum vel ob aliam necessitatem, commodi & nus an ligna  
 & arbores  
 & vendi possit.  
 lucri sui gratia, aliisque vendere, dummodo moderatè hoc fi-  
 at, secundum consuetudinem antiquitus observatam, ita vi-  
 delicet, ne jus venandi per id impediatur, & vergat in præju-  
 dicium alterius, & servituti juris venandi officiat *l. 10. ff. de*  
*servit.* Expediti enim juris est: quod nemo propria autho-  
 ritate, servitutum rectè constitutam deterio- rem facere possit  
 rem facere  
 non potest.  
*text. in l. 20. §. 4. de servit. V. P. l. 15. §. 6. de servitut. Gail. d. ob-*  
*serv. 67. n. 5. Vid. Bened. Carpz. jurispr. for. part. 2. constit. 41.*  
*defin. 2. Joh. Koppen decis. 15. num. 13.*

Et illud VII. hic quæstionis est, an à quolibet cui jus ve- XII. Q. 7.  
 nandi concessum est, cedi & transferri vicissim in alium possit? Cui jus venã,  
 di concessu  
 illud alii vic  
 cissim cedere  
 potest.  
 Quod asserimus per tot. tit. de heredit. vel act. vend. cum, quia  
 omne jus omnisque actio alicui competens regulariter cedi  
 potest, tum & secundum Doctores, quicquid est transmissi-  
 bile



bile, ad hæredes plerumque est cessibile: Sicut è diverso quicquid non transmissibile, id nec cessibile *l. 42. ibiq.* Bartolus *num 1. de administr. tut.* At Venatio est transmissibilis (ut *supr. Memb. 1. probavimus*) Ergo. Facit *l. 21. C. mandat.* quia de sua re disponendi quisque liberum habet arbitrium.

XIII. A Generali vero hac assertione. *Excipitur* 1. Si principis ad certam restrinxit personam, his vel similibus verbis: Concedimus tibi tantum hoc jus venandi, tum utpote personale transferri in alium nequit. *l. 3. §. ult. quibus mod. ususfr. amitt.* Vid. copiosissime hac de re Tiraquell. *traët. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. num. 47. & seq.* sæpè cit. Harpprecht. *d. loco. num. 202.*

Limit. id 1. in Venationibus personarum libus.

XIV. *Excipiuntur*. II. Venationes Gratuitæ seu precariæ, vulgò **Gnaden Jagten**. Hæ enim ex prædicta Regula non sunt transmissibiles *l. 12. §. 1. de precar.* (quippe à concedente e jusvè hærede, liberè & quodocunq; libuerit, revocari possunt: Precarium enim est: Definitore Ulpiano *in l. 1. ff. de precar.* quod precibus petenti utendum conceditur tam diu, quam diu is qui concessit patitur) Ergò nec cessibiles. Idque adeo verum esse scribit Ioh. Harppr. *cit. loco num. 222.* ut Venatio ad certum usque tempus per Principem precariò concessa, etiam ante tempus effluxum, revocari queat. per *text. in l. 12. in pr. ff. de precar.* Besold. *in Thesaur. Pract. ad verbum Jagten Jagtrecht.* vers: *venationes precaria Khraisser, de j. ven. Bavar. cap. 2. num. 33.*

2. In Venationibus gratuitis.

XV. Insuper notandum hic quod illi, quibus venationes precariò concessæ sunt, intra suos fines & limites permanere debeant, nec ultra illos venari possint: quia contractus ex conventionem legem accipiunt, nec actus agentium, ultra illorum intentionem quid operari possunt *l. 23. de Reg. jur. l. 5. ff. de Transact.*

Venationes precariæ sunt stricti juris?



act. Et quod à Principe permittitur, ita permittitur, ut sine in-  
 juria cujusquam fiat. text. in l. 2 §. merito 10. & §. 16. ff. ne quid  
 in loco publ. Quare illi, quibus hujusmodi venationes preca-  
 riò concessæ sunt, non immeritò concedentibus, se vicissim,  
 quod videlicet conventionis seu concessionis legem obser-  
 vare velint, & contra facere nolint, per literas Reversales  
 obligare debent. Confer Wehner. in observ. ad verb. Revers. Sebast. Khraisser. d. tract. cap. 4. Et hæc de interpretatione  
 investiturarum sufficiant, Nam quæstiones omnes huc spe-  
 ctantes tractare, præ angustia temporis non licet.

II. Modus acquirendi hodiernis moribus, est PRÆSCRI-  
 PTIO. Cæterum, cum circa hunc modum inter Illustres & nobi-  
 les variæ controversiæ oriri solent. Quæro quomodo & quanto  
 tempore jus venandi præscriptione acquiratur? Dd. communiter  
 & Andr. Gail. statuunt, non præscribi nisi immemorialitem-  
 pore. Sic enim inquit præd. Gail. obs. 66. lib. 2. num. 7. Quo-  
 niam Venationes sine facto hominis exerceri non possunt,  
 consequens est, hanc servitutem venandi esse discontinuam,  
 quia facta seu actus hominis sunt discontinui l. servitutes 14.  
 ff. de servit. ideoque non præscribitur huic servituti juris ve-  
 nandi, nisi tanto tempore cujus initij memoria non extat in  
 contrarium, per text. in l. 1. §. fin. ff. de aq. & aq. plu. Et hæc  
 antiquiorum Interpretum distinctio, inter servitutes conti-  
 nuas & discontinuas, illarumque præscriptiones, communi  
 calculo approbata, & hodiè in foro recepta est: Sicut de hoc  
 testatur Guido Pap. decis. 573. ubi ait: in Camera consilii Del-  
 phinatus ita decisum fuisse, Et secundum eam in Camera Im-  
 periali in causa Knoblochs/ contra senatum & communitatem  
 Haganensem judicatum; attestatur quoque Mynsing. cent.  
 4. obs. 53. Et hanc amplectuntur quoque Bartol. & Martin.

D Lau.

XVX  
 II. Modus  
 Venationem  
 acquirendi  
 est Præscri-  
 ptio.  
 Quæ. quan-  
 to tempore  
 Venationi  
 præscribatur

9.





Laudens. in d. l. 14 ff. de servit. Alexand. d. Immola conf. 6. vol. 1. & conf. 69. Covarruv. lib. 1. var. resol. cap. 17. n. 11. & 12. Francisc. Balb. de prescript. p. 2. p. 4. q. 1. n. 1. Cœpolla de serv. præd. Urban. c. 19 & c. 20. Modestin. Pistor conf. 7. n. 5. & seq. Bernh. Wurms. lib. 1. observ. tit. 27. obs. 5. n. 11. Gometz. resol. c. 15. num. 27. & seq. tom. 2. Vasq. controuv. lib. 2. cap. 84. n. 6.

XVII. Verum enim verò, licet hæc usu observentur, veritate tamen juris verior est opinio, quod quælibet servitus, sive personalis sive realis, continua quam discontinua, (nullo attento discrimine in hoc servitutum continuarum vel discontinuarum, utpote, quæ neque jure, nec firma ratione ulla probari potest) præscribatur longo tempore, decem annis inter præsentem & viginti inter absentes: text. evidentissimus in l. fin. C. de præscr. longi temp. latè Wesenb. in parat. ad tit. de servit. n. 5. ibique Bach. & Hahn. in not. & observat. Valent. Riem. illustr. quest. decad. 4. quest. 7. Andr. Gerhard. decad. 5. quest. 3. Georg. Mor. d. tract. de iure venand. p. 2. c. 1. n. 50. & seq. Donell. lib. 11. comm. c. 11. Franc. Duar. ad l. 28. ff. de serv. Urb. præd. Bronch. cent. 1. assert. 97. Anton. Fab. lib. 19. conj. 1.

XVIII. Insuper & illud hic maximè notandum, quod præscriptio strictissimi juris dicatur, nec de similibus ad similia, multò minus ad desperata & diversa extendi potest arg. l. 17. pr. ff. de aq. & aq. pluv. Hinc præscripta venatione, non statim censetur præscribens jus habere ut solus ibi venetur: In multis enim Germaniæ partibus jus venandi pluribus, in eadem sylva, ac eodem saltu, diversis tamen respectibus competit: Uni, jus venandi feras majores, hoch Wildpreth / alteri, minores Klein Wandwerck. Quia jus venandi non amplius spectat ad Principatus, Ducatus & comitatus, nisi quantum est præscriptum, at non amplius est præscriptum quam possessum cap. cum in tua

Rejicitur distinctio inter servitutes continuas & discontinuas.

Præscriptio strictissimi juris.

tantum præscriptum quam possessum.



*in tua de Decim. cap. auditis & cap. cum olim de praescripti.* Possessio vero, nusquam ultra & extra possessionis terminos extendi, sed quilibet intra praescriptos juris foresti terminos, se continere debet. *text. in l. 11. §. 6. ff. de Except. rei jud.* Schurff. *consil. 86. num. 3. cent. 2.* Welenb. *ad ff. de Vsurp. & Vsucap. num. 11.* Andr. Gail. *de pignorat. observ. ult. num. 7.* Regn. Sixtin. *ibiq. allegati de Regal. lib. 2. cap. 18. n. 56.* Hinc, qui jus venandi in alieno territorio praescripsit, virtute huius praescriptionis, ibidem aucupari & piscari nequit. *Vid. Membr. 4. th. 8.* Eadem ratione, qui in sylva aliena praescripsit majorum ferarum venationem, non propterea minores feras occupare poterit, & è contra Petr. Heig. *part. 1. quest. 15. n. 69.*

## MEMBRUM QUINTUM

De

SUBJECTO, SEU PERSONIS  
ACQUIRENTIBUS.

## THES. I.

**S**UBIECTUM seu PERSONÆ ACQUIRENTES in genere sunt omnes illi, qui aliorum jurium non sunt incapaces. Excluduntur in specie vero I. RUSTICI (*per rationes supra Memb. 3. datas*) Et quamvis captura Ursorum, Aprorum ac Luporum, Constitutione Friderici Imperat. iis permansit libera §. *si quis vers. nemoretia Lib. 2. Feud.* Contrarium tamen, jam tot annorum interventu, circa Ursos & Apros introductum est, *und werden die wilden Schwein/ nach Teuischem Gebrauch in die Hochforstliche Obrigkeit gezogen.* adeo ut ab eo quod olim fuit, ad id quod nunc viget, argumentari

D 2

mentari

9.





mentari non possim *arg. l. 98. §. 8. ff. de solution. Andr. Knichen de vestitur. pact. p. 2. n. 49.*

**II.** Animalia vero nociva v. g. Lupos, Leones &c. quæ hominibus, frugibus, & pecudibus nocere possunt, semper ad-  
 Animalia nociva Rustici huc Rustici impugnare, & occidere possunt. *l. un. C. de Venat. adhuc occidere possunt. nat. ferar. lib. 11.* cum defensio sit juris Naturalis, nulloque jure prohibita. Iniquum enim foret, si quis pecora sua, contra ejusmodi bestias nocivas etiam occidendo defendere non posset, sed luctuosus spectator esse deberet, dum oves, boves, aut equi, vel abripiuntur vel interimuntur.

**III.** Quæritur autem hic: *quid si lupus, milvus &c. abripiat v. g. Titii pecudem, & Sempronius eripiat eam de faucibus il-  
 Q. 2. An is qui pecudem ex lupi faucibus eripiat priori Domino restituere debeat?* In terminis tractatur hæc quæstio, apud Pomponium *in l. Pomponius 44. ff. de acquir. R. D. & deciditur in fin. d. l. nostrum manere, quod à lupo eripitur, quamdiu recipi possit id quod ereptum est. Sebast. Medices de Venat. p. 2. cap. 19.*

**IV.** In multis locis insuper, quoad animalia nociva observatur, ut Rustico vel alio, qui hujusmodi animal noxium v. g. lupum, leonem occiderit, præmium persolvatur. Quamobrem quæro: *si præmium propositum fuerit occidenti Leonem &c. si occiderit Leenam gravidam an duplici præmio afficiendus sit?* Sunt quidem qui affirmant, quasi duos pluresvè Leones occiderit, extinguendo foetum cum Leena, antequam nocere posset. Negantium tamen opimo vereor, unicum præmium deberi, cum illud proponatur solum ad remunerandam industriam, quæ major utique non fuit, propter foetum, qui etiam non censetur esse animal, quamdiu in utero est. Anton. Peretz. *in Cod. tit. de Venat. fer. lib. 11. n. 15.* Cit. Medices *de Venat. part. 2. cap. 14.* Secus si capiat lupum lactan-



lactantem cum lupatinis, Immola *l. in lege 45. ff. ad L. Falciid.*  
 Confer. Khraiffer. *de jure venandi cap. 16. per tot.*

II. Prohibentur MONACHI: *Clement. ne in agro 10. §. V.*  
*porro de statu Monach.*

II. Monachi.

Quo ad Clericos seu personas Ecclesiasticas: Disting. In-  
 ter venationem *Clamorosam & quietam*: : *Illam*, quæ fit ca-  
 num & armorum strepitu, exercere non possunt. *c. 1. extr. de*  
*Cleric. Venat. c. 1. extr. ne Cler. vel. monachi tum, ne per eam à di-*  
*vinis officijs abstrahantur, tum, quod propter feritatem, armo-*  
*rum usurpationem, cædes, clamores, cursus, statui eorum qui*  
*gravitatem morum desiderat, minus respondeat: Hinc & ca-*  
*nes & accipitres alere ijs interdictum c. 2. d. cler. Venat. can. 3.*  
*destinet. 34. cum prohibito fine, censeantur etiam prohibita*  
*media. Limitatur id tamen. Si saltus proprios, aut jus venan-*  
*di alias habeant, quod non ipsi quidem, sed per venatores Lai-*  
*cos etiam clamorosa venationem possint exercere Zoanet.*  
*de dupl. Venat. nmu. 30. Bach. in Not ad Wesenb. de A. R. D. n. 7.*  
*vers. alia autem. Limit. 2. quod maximè Prælati & Ecclesia-*  
*sticis personis, causa necessitatis & recreationis, cum canibus*  
*venari liceat, si in venationibus habeant redditus. Vid. omninò*  
*Menochius consil. 221. n. 50. & seq. ubi hoc multis probat ex*  
*Glof. Abbate & aliis. Zoanett. d. l. n. 27. & seq. Imò & hodiè,*  
*In Germaniâ notum est, Principes Ecclesiasticos, & eos Præ-*  
*latos maximè, qui sunt status Romani Imperij, & habent se-*  
*cularem jurisdictionem, & jus venandi seu bannum Syl-*  
*vestre, vel jus foresti. vulgò Weltliche Obrigkeit / Gejagdt und*  
*Wildbann / nonnunquam intra proprios sui territorij saltus*  
*venari: teste Georg. Mor. d. tract. de Venat. part. 1. cap. 1.*  
*num. 46.*

VI.

Venatio an  
 Ecclesiasticis  
 personis pro-  
 hibita?

*Quieta verò Venatio, quæ fit per Retia & laqueos illis*  
 D 3 non

9.



Venatio qui non inhibita, cum lex ultra rationem adjunctam non sit extendenda D. Hahn. *in Not. ad Wesf. d.l. n. 7.* Panormit. & est licita. Zæsius *in comm. ad d. cap. 1. extr. de Cleric.*

VIII.  
Vt & Piscatio,

Piscatio etiam Ecclesiasticis personis indistinctè permittitur, tum, quia magis humilis & civilis, & prædicta ratio tumultus in ea cessat, tum, quod in *cap. Esau II. distinct. 86.* dicitur, nullos fuisse venatores sanctos, sed fuisse sanctos piscatores, cum piscatio ipsos habeat Apostolos, ante & post resurrectionem Christi, Imò Christum ipsum approbantem, & jubentem retia tendi, ac de piscatione comedentem. *Luc. & Iohan. cap. ult. Wesenb. d. num. 7. Ibiq. Bach. in Not. aucupium Venationi.* D. Eras. *Vngep. Exerc. 5. quest. 5. in Nego.*

## MEMBRUM SEXTUM

De

## OBJECTO.

THESIS. I.

Objectum sunt fera animalia,

**O**BJECTUM Venationis sunt FERA ANIMALIA, ut bestia, volucres & pisces *d. §. 12. l. de R. D. l. 3. ff. de A. R. D. Wesenb. sæpè cit. num. 7. vers. Materia.* Fera autem animalia non præcisè appellamus, quæ Ferocia sunt, qualia sunt Ursi, Leones, Pantheræ, lupi, quæ propriè Bestia vocantur. Sed Generaliter ea vocamus, quibus immensa atque infinita libera vagandi vis natura insita est: uti sunt Lepores, Damæ Cervi, Pavones, apes, columbæ, & alia quamplurima *d. §. 12. 14. 15. l. de R. D. l. 5. §. 5. ff. de A. R. D. Georg. Obrecht. disp. 1. Civ. 24. de Venat. th. 14. Arnold. Vinnius in Comm. ad Inst. de Rer. Div. §. 14. 15.*

II. Dico notanter FERA animalia; Nam observandum quod



quod *tria* sint genera animalium I. Quædam sunt *prorsus* fera, quæ ut dixi hujus loci sunt, In quibus locum habet *Regula* nostra; cum in nullius bonis sint, quod occupanti concedantur. II. Quædam vero animalia, fera sunt naturaliter, sed *accidentaliter* hominum industria & diligentia reddita sunt mansueta: In illis procedit *Regula*: Ut eo usque tua esse intelligantur, donec animum revertendi habeant. Adeo ut si intercepta ab aliquo fuerint, aut saltem à revertendi consuetudine fraude averfa, in eum actio furti competat, cum nec nuda etiam spes revertendi, quam habet Dominus in animalibus mansuefactis, ei interverti debeat l. 8. §. 1. ff. famil. hercisc. l. 37. ff. de furt. Matth. Berlich. part. 5. conclus. practic. 50. per totum. Sebast. Medic. in d. tract. de Venat. part. 2. quest. 37. Quamprimum verò revertendi animum habere desinunt, etiam tua esse desinunt, & occupantium fiunt, quod factum intelligitur si non revertantur tempore consueto d. §. 15. inf. l. de R. D. Id verò ex certis signis, conjecturis seu actibus exterioribus, (juxta illud: Intima mores, cognoscimus exteriores) pro ratione circumstantiarum, judicis arbitrio relinquendis, dijudicandum videtur l. 1. §. 2. ff. de j. deliber. l. 1. §. 1. ff. de Effraetor. Pruckman. in tract. de Regalibus §. venatio c. 2. num. 25. D. Bened. Carpz. jurispr. For. part. 4. constit. 36. def. ult. Harprecht. in Com. ad §. 14. 15. & 16. l. de R. D. num. 10. Johann. Schneidew. ad d. §. pavonum 15. l. eod.

De Moribus verò Gallorum & Belgicorum, animalia III. quæ ex consuetudine abire & redire solent, non fieri occupantium, quamvis custodiam evaserint, & animum revertendi deseruerint, sed Dominis permanere, testatur Arnold. Vinn. in Com. ad §. pavonum 15. l. eod.

III. Quædam vero Animalia sunt naturaliter mansueta, IV.

Tria genera animalium.

Fera mansuefacta cujus sint.

Revertendi consuetudo quomodo colligenda.

ut

9.



Animalia natura mansuetata cuius sint. ut Gallinæ, Anseres domestici, Pecudes &c. In illis obtinet talis Regula: Ut ubicunq̃ sint, Domini esse intelligantur §. Gallinarum 16. l. de R. D. in tantum, ut si fortè turbata ea animalia, sciens aliena esse detineat, actione ad exhibendum, & rei vindicatione, vel si lucrandi animo id faciat, etiam furti conveniri possit d. §. 16. l. 18. §. 1. ff. fam. hercisc. Bernh. Surh. dissert. 4. th. 24. præcit. Schneidew. ad d. §. Gallinarum 16. D. Erasmi. Ungep. Exerc. iust. 13. quest. 2. Dom. Arum. Exercit. 17. th. 5.

## MEMBRUM SEPTIMUM,

De

## FORMA.

THESIS I.

Forma.

Plenè occupari quid.

**F**ORMA Venationis est, ut illa animalia plenè occupentur: PLENÈ occupari dicimus, si ita sint in nostra potestate, ne in alterius esse possint. Ex quo, si apes in arbore tua confederint, antequam à te alveo includantur, non magis tuæ intelliguntur esse quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint, ideò si alius eas incluserit, Dominus earum efficitur per occupationem, sicut & favos si quos fecerint apes in arbore tua, alius sine furto eximere poterit, nec furti tibi tenebitur, quia apes non fuerint tuæ, sextus in §. apium. 14. l. de R. D. l. 5. §. 2. ff. eod. Quare non sufficit, licet lethaliter vulneratam esse bestiam constet, cum multa (ut est in Adagio) inter os & offam intervenire possunt, quo minus ea capiatur, Fera ergò ut fiat capientis actu eam captam esse oportet. Et quamvis inter Trebatium & Cajum olim fuit dubitatum, ut videre est ex l. 5. §. 1. ff. de A. R. D. Imperator tamen, rejecta Trebatii sen-

Fera ab uno percussa, & ab alio capta de jur. Civ. sic capientis.



sententia, cum Cajo vult, non aliter occupantis esse, quam si actu quis coeperit *S. illud quasitum* 13. 1. de R. D. Georg. Obrecht. d. Disput. 24. de Venat. th. 24. & seqq.

Verum, etsi Trebatii sententia de jure scripto fuerit reprobata, de jure tamen non scripto & sic de consuetudine recepta est, ut asserit Georg. Mor. d. tract. part. 1. cap. 8. n. 5. & seq. ex Glossa in d. l. 5. §. 1. ff. de A. R. D. Et hinc in multis partibus Germaniæ teste præd. Mor. d. l. num. 14. & Wehner. in observat. pract. verbo **Forstrecht**: Inter venatores & saltuarios hodiè de consuetudine & usu receptum est, ut liceat feram bombardam sphaera seu globo ictam & vulneratam, (so es schwaist) fugientem, extra proprium Domini venantis saltum vel sylvam *XXIV. horis*, uno cursu non intermisso persequi, (vulgò *nach eilen oder nachsehen*) & in alieno saltu vel sylva capere. Et hoc non sine ratione, nam ubi finis habet necessariam dependentiam à principio, spectatur ipsius principium l. 3. §. scio. 2. ff. de minor. Insuper & facile fieri posset, ut fera ob acceptum lethale vulnus in invio aliquo lustro concideret, & ita nec vulneranti, nec Domino banni ferini prodesset.

Venator tamen in priore loco ex quo bestiam vulneravit, signum relinquere debet, hoc est: *Das es soll an dem Ort/ wo es verwund worden/verbrochen werden*: Ut autem hæc verba (verbrochen werden) eò melius intelligantur, utar verbis Sebast. Khraiff. ad Constit. Venat. Bav. cap. 3. n. 19. Notandum est igitur (inquit) quod Venatores quando pro suo studio feras investigant, si eas animadvertunt (quod per canes quos *Leidhund* appellant intelligere possunt) ramum de arbore quadam depromant, vel frangant, & fractum seu fracturam rami in terra eò versus, quo fera tendere consuevit locare vel ponere, sicq; feram annotare soleant & hoc vocatur **verbrochen**:

Secus de Consuetudine.

Feram lethalam aliter percussam fugientem extra sylvam, persequi licet.

Verba: Das Wildt muß verbrochen werden quid significant.

E

chen:

9.



chen: Unde dicitur de Venatoribus, *der Jäger verbricht dem Hirsch/Wilde/vñ anderem Thier/ratio est, ut constet de principio venationis. In Bavaria biduum conceditur ad persecutionem feræ vulneratæ, prælaudatus Khraiff. d. loco n. 15.*

IV. Sed Quæritur hic: *an quis feram non vulneratam quæ à canibus fugatur in alieno territorio persequi possit?* Quod pleriq; negant, quia nemini venari in alterius saltu liceat, & isthæc loci qualitas ubi quis valet venari, tam diu feras prædæ exponit, quamdiu in illo loco versantur: Postquam verò excesserunt, amplius illius loci periculo minimè subsunt, cum solo non cohæreant, nec soli naturam vel proprietatem sequantur, sed liberè per agros & sylvas vagentur. Consequens ergò est, ut vi qualitatis isti loco competentis, non nisi in eo ipso loco licitè capi queant. Vid. Joh. Harppr. *ad d. §. 12. 1. de R. D. num. 329 & seq.* Noe Meuter. *de jure foresti part. 2. tit. Wie man das Wilde jagen soll. Besold. in thes. pract. ad verbum, freye Bursch.*

De Iure Saxo-  
xon. id per-  
missum,

V. Quia tamen, canes Venatici in cursu statim cohiberi nequeunt, speciales locorum consuetudines introductæ esse solent, qui hanc litem decident. Sic & *de Iure Saxonico* persecutio illa licita est; per expressum *textum in articulo. 61. lib. 2.* ubi dicitur: *Jagt ein Mann ein Wild außser dem Forst / vnd folgen ihm die Hunde in den anderen Forst / er mag wol nachfolgen / also daß er nicht blasse / noch die Hunde nachhehe / vnd mißthut daran nicht / ob er daß Wilde sähet / seinen Hunden mag er wol wiederruffen:* Hoc est: Venatur quis feram ex nemore suo, & canes illum persequuntur in sylvam alienam; hunc & ipse sequi potest, absque tamen inflatu cornu Venatorii, & incitatione canum, & si feram capiat non delinquit, canes vè suos sibi revocare licet. Joh. Schneidew.

ad



*ad d. tit. §. 12. num. 4.* Eodem ferè modo persecutionem feræ fugientis licitam esse, in Gallia & Burgundia docet, Chassan. *ad consuetud. Burgund. Rubr. 13. §. 7. quest. 9.* dum tamen caput & pedes feræ majoris captæ, Domino banni ferini mittantur.

Similiter & de **APIBUS**, quid ubiq; locorum consuetu. VI. dinario jure observatur, attendi debet: De Jure Saxonico si ex alicujus domo examen apium evolat ad vicinum, ille vicinus id potius retinere potest, quam is qui persequitur. *De Apibus quid Cōsuetudine observatur similiter attendendum.* **Weichbild artic. 120.** Gleuche ein Bienenschwarm auß eines Mannes Hauß oder Hoff zu seinem Nachbawren / der ist den Schwarm näher zu behalten / dann jener / der ihm nachfolget / denn die Bien ist ein wilder Wurm. Vid. Joh. Schneidew. *ad §. 14. l. de R. D. num. 6. & omninò D. Bened. Carpz. Jurispr. For. Rom. part. 4. constit. 36 per tot.* Quibusdam verò in locis secundum Mynsing. *ad d. §. 14. l. eod.* distinguitur: signaverit ne Dominus arborem in qua apes confederint, an minus, priori modo apes suas facit, posteriori, non item

## MEMBRUM OCTAVUM

DE  
F I N E.

THES. I.

**F**INIS Venationis est duplex: Primarius vel Secundarius: Finis primar. PRIMARIUS est, ut fera animalia nostra potestati, nostroq; juri subjiciamus. SECUNDARIUS, possunt esse illa quæ à Secundarius Wesenb. *in parat. de A. R. D. num. 7. in pr. & vers. Finis est, afferuntur 1. Relaxatio animi honesta. 2. Usus ferinarum, ad victum & amictum 3. Valetudinis exercitatio & confirmatio,* deniq;

E 2



Venatio bel- denique 4. Ut sit veluti *belli meditatio*. Egregiè huc faciunt  
li meditatio. verba Ciceronis *lib. 2. de Natura Deor.* Immanes & feras bel-

luas (*inquit*) nanciscimur venando, ut & vescamur iis & exer-  
ceamur in venando, ad similitudinem bellicæ disciplinæ, &  
ut utamur domitis ac condoce factis, multa que ex earum cor-  
poribus remedia, morbis & vulneribus eligamus. Proinde  
recte Andr. Tyraquell. *de Nobilit. cap. 37. num. 139.* Venatio

Venatio no- (*ait*) aliàs peculiare Regum, Principum, Illustrium ac Nobi-  
bile & pecu- lium personarum est exercitium, & rationi convenit, ut Prin-  
liare Illustriū cipis cum pro Republica laboribus & curis continuis fatigen-  
exercitium. tur, pro sua dignitate venationem animi recreandi ac virtutum

recipiendarum causa, paratam & præcipuam habeant, idque  
propterea, ne quod tempus ipsis pereat, sed præliorum simu-  
lacia meditentur. Plura illustri huius exercitii elogia vid.  
apud Petr. Heig. *quest. j. tam Civ. quam Canon. part. 1. quest. 15.*  
*in princ.*

II. Ex hisce dictis ad oculum patet, quod Venatio per se  
non sit reprehendenda, modo non sit nimia, & Principes, Il-  
lustresque viri ita venentur, ut quam minimum subditis ac pau-  
peribus damnum inferant, illorumque canes, avibus & ani-  
malibus non noceant, vel etiam feræ bestię subditorum fru-  
ges vel agros devastent: Quod si contra fecerint, præstare

num Magna, illis aut damnum illatum etiam sub pœna peccati, (post Do-  
tes damna min. de Soto *de just. & j. lib. 4. quest. 6. art. 4.* Andr. Gail. *lib.*  
ex venatione 2. *observ. 68. num. 10.* aut liberam venationem vicinis conce-  
illata subdi- dere, tenentur. Et quamvis hæc doctrina omninò sit æqua &  
tis refundere dere, tenentur. Et quamvis hæc doctrina omninò sit æqua &  
teneantur. juri consentanea, jure tamen consuetudinario non est rece-  
pta. secundum, Joh. Harppr. *add. S. 12. num. 124. & seq.*

III. Ut verò prædicta damna aliquo modo avertantur, Rusti-  
Rustici agros cis non denegandum, ut ad vertus feras sæpimenta faciant, aut  
feras



feras canibus abigant, modo palin non nimis sint acuti, & debito modo id fiat in locis usitatis, & cum debito intervallo & altitudine, non verò fraudulenter, ut feræ iis implicentur & sic capiantur Joach. Cluten. *lib. 1. diatr. novojustin. 17. quest.*  
 4. Canes etiam Robustiores & Venatici non alantur, ne nimia ferarum fiat persecutio. Et hanc ob causam in *Constitutionibus Venatoriis* sub pœna cautum esse solet, quot canes cuiusvis alere liceat, & quatenus Rustici suos canes, baculo ad collum appenso, domi continere debeant. *Wie die Bawren auff dem Lande ihre Hunde prægeln vnd anlegen sollen.* Vid. *Constit. Venat. Bavar. cap. 18. ibiq. Khraiff.*

suos palis acutis sepi nequeunt,

Rustici canibus suis fustes sub pœna appensas retinentur.

M E M B R U M N O N U M

De

E F F E C T U.

T H E S. I.

**E** F F E C T U S Venationis precipuus est, ut *capta fiant capientiam*, non solum in proprio sed & in alieno fundo §. 12.

Effectus.

*1. de R. D. l. 3. in pr. ff. eod.* Dominus tamen si id prævidet, potest prohibere, ne alius venandi gratia fundum ingrediatur, in tantum, ut injuriarum teneatur qui contra ejus prohibitionem ingressus fuerit *dd. loc. & l. 13. §. ult. ff. de injur.* Imò etiam armata manu ingredientem prohibere, ei resistere, etsi agrum ejus intravit, propria auctoritate & vi expellere potest *arg. l. 3. de just. & j. l. 29. §. 1. vers. aliud ibi: jure suo posse eum intercidere Glossa in d. l. 3. pr. de A. R. D.*

In fundo alieno venari licet.

Queritur hic: *num nihilominus post prohibitionem, fera in fundo alieno in vito Domino capta, fiat Domini, an vero capientis?* Posterius affirm. Ratio non est obscura: Nam quo-

II. Q. 2. An capta fera post prohibitionem

E 3 cunq;

9.





fiat capien-  
tium? Aff.

cunq̄ue loco feræ sunt, dum modo sunt in naturali libertate nullius sunt: & consequenter transeunt in jus occupantis *d. §. 12.* cum animalia non tam terræ, in qua gradiuntur, non etiam adhærent, quam aëris, in quo spirant, conditione æstimentur, is autem communis est 2. quia in *d. §. 12. & d. l. 3. pr.* Verba sunt generalia, neque distinguunt quo ad acquisitionem & prohibitionem 3. quia in *dd. text. & in l. 13. §. ult. de jur. ingressus* separatur ab acquisitione ferarum, Ille est illicitus, hæc vero licita. Non obstat, quod in prædio alieno Domino invito venari non licet *l. 16. de servit. R. p.* Nam prohibet quidem in alieno agro venari, sed tamen quod post prohibitionem venando captum fuit, non negat venatori acquiri 2. non obstat *l. 55. ff. de A. R. D.* aliæque contraria, ad quæ diversimodè tamen Respond. Bach. in *d. §. 12. 1. Joh. Harppr. ibid. num. 19. & mult. seqq. Arum. Exerc. 4. th. 11. D. Vngepaur. Exercit. 5. quest. 5. in ajo.* Confer post Mynsinger. Schneid. Wesenbec. Vinn. ad *d. §. 12. 1. de R. D.* Henr. Zœl. ad *ff. tit. d. A. R. D. n. 9. & 10.* Wesenb. in *π. eod. n. 7. in pr. & passim. ibiq̄.* Bach. & Hahn. in verb. *Nam venari in alieno licet.* Idem Bach ad *Tr. vol. 2. Disp. 20. th. 2. lit. E. Georg. Mor. tract. de j. Venandi p. 1. c. 3. num. 9. & 10. Regn. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 18. n. 23.*

III. De consuetudine vero hodiè, quin aliud introduci possit nullum dubium. Sic in Saxonia fera in alieno fundo capta capienti non acquiritur. Ordin. provinc. de Anno 555. tit. **Das keiner auff des andern Grund vnd Boden / jagen / heßen / Hühner fahen / oder ander Weydwerck treiben soll. §. so wollen wie in verb. das ein jeder mit jagen heßen vnd Weydwerck zu treiben auff seinem vnd seiner Leute Eigenthumb bleiben / vnd eines andern Güter / damit nichts berühren soll / vngeachtet einis ges fürwendens / das es anders hergebracht / vnd in Brauch gehalten**

Statuto &  
Consuetudi-  
ne aliud in-  
troducitur  
test.



*Haltenre.* idque sub pœna 100. florenorum. Joh. Schneide w.  
*ad d. §. 13. 1. de R. D. num. 8. D. Bened. Carpz. Jurispr. For. p. 2.*  
*const. 3. de fin. 25.*

Ad EFFECTUM (sc. juris venandi quod principes ha-  
 bent) pertinent etiam POENÆ, quibus Magnates in eos ani-  
 madvertere modo solent, qui contra prohibitionem suam  
 venantur. Wesenb. *d. loco vers. ad effectum.*

V.  
 Venantes in  
 aliena sylva  
 an furtum  
 committant  
 Neg.

Priusquam vero in justitiam pœnæ inquiremus, Præmit-  
 tenda est quæstio. *An subditi contra Dominorum prohibitionem  
 venantes furtum committant, & per consequens an teneantur ad  
 restitutionem?* Et licet graviter ipsi peccant atque delinquant,  
 & atrocem Magistratui suo injuriam inferant, nequaquam  
 tamen furtum faciunt, nec ut fures puniri possunt. Probatum  
 hoc I. Earum rerum quæ in nullius sunt dominio, furtum  
 non committitur. Atqui feræ bestię in sylvis errantes ac va-  
 gantes in nullius sunt dominio. E. venantes feram furtum  
 non committunt. Major sat est firma. Quia furtum est con-  
 tractatio fraudulosa rei alienæ &c. *l. 1. §. ult. ff. de furt. §. 1. 1. de  
 Oblig. quæ ex del. ibique Dd. De minore etiam nullum dubi-  
 um per jura hætenus alleg. II. Leges prohibentes venationem,  
 non prohibent acquisitionem ipsam ferarum, sed tantum u-  
 sum venationis ex ista causa, ut ex preced. quæst. luculen-  
 tissimè patet. Et quod per prohibitionem Domini, non tol-  
 lantur causæ acquisitionis, Ratio manifesta est: quia per pro-  
 hibitionem istam non efficitur, ut feræ quæ in alieno subsede-  
 runt, desinant esse communes, & fundi Domino attribuan-  
 tur. latè Georg. Mor. *d. tract. part. 1. cap. 3. per totum. Georg.  
 Frantz. Exercit. 4. quæst. 3. num. 3. Harpr. d. loco num. 324.*  
 Non obstat, quod objicitur, non solum eum furtum commit-  
 tere, qui rem alienam contrectet sed & ejus usum. Eum verò  
 qui*

Resp. contr.

9.



qui contra mandatum feras capit, scire eam ad se non pertinere. Nam ad hoc Resp: cit. Frantz. d. l. n. 4. & 5. dupliciter I. quod interversio possessionis, præsupponat ejus acquisitionem, quæ absque actuali apprehensione fieri nequit l. 3. §. 8. ff. de A. vel amitt. poss. Fera vero in sylvis oberrans, eo ipso quod sylva à Principe acquisita, & apprehensa sit non possidetur l. 3. §. 14. ff. eod. E. non poterit dici quod à capiente intervertatur. 2. Resp. non sequi, scit ad se non pertinere capiens, Ergò protinus pertinet, ad alium, & hanc Reg: non ad res nullius, sed jam occupatas vel alio acquisite pertinet.

VI. Cum igitur hætenus nullum damnum detur Domino prohibenti, nulla etiam erit obligatio ad restituendum, & per consequens *Venatores in foro conscientie ad restitutionem huiusmodi ferarum non tenentur*: Nã non acquisitioni animalis capti, sed juri venandi derogatũ est: Etenim duo fuerunt jure Gentium constituta: Vnum, ut ab omnibus hominibus venari liceret, Alterũ ut dominium ferarum occupatione acquireretur: Priori derogatum est; Posteriori nequaquam. Unde si homo Plebejus, aut quis alius, cui jus venandi non est, feram venando cæperit, licet incidat in pœnam legibus constitutam, fera tamen nihilominus illius fit: & quamvis capta jubeatur capienti auferri, id non tam ideo fit, quia capientis facta non est, sed velut ab indigno & pœnæ causa, prorsus eadem ratione, qua laquei jaculi, cæteraq; venator a instrumenta, quamvis ipsius sint, ei adimuntur, sed v.g. si alius bonæ fidei feram emit, ei adimi non poterit: quippe nec alienũ tenet, nec deliquit, ut rei amissione plectendus videatur arg. l. 131. ff. de verb. signif. Ita præd Mor. cit. loco. num. 10. Ubi vide ampliã, & limitationes. Didac. Carr. ad Reg. peccatum de R. j. in 6. part. 2. §. 8. n. 5. Petr. Gu-del n. de jure Noviss. lib. 2. cap. 2. n. 9. Arn. Vinn. ad d. § 13. n. ult. Illud

Venantes feras in alienis sylvis, non obligantur ad restitutionem.



Illud fanè indubitatum est, furtum illos committere qui VII.  
 feras leporariis & vivariis inclusas, ut evagari nequeunt, capi-  
 unt & tollunt. Ratio est, qui tales ferae à nobis possidentur, Qui feras ex  
 vivariis ca-  
 pit, furtum  
 committit,  
 & tenetur ad  
 restitutionem.  
 & custodiae nostrae subjectae sunt. Proinde qui eas capit, non  
 tantum tenetur ad restitutionem, sed etiam furtum facit, &  
 poena furti puniri potest, quia invito Domino rem alienam  
 contrectat. *text. in l. 3. §. 14. ff. de A. vel A. P. l. 62. vers. si viva-  
 riis ff. de V. usufr. Gail. d. observ. 68. n. ult. Natta consil. 375. vol.  
 2. num. 9. Cavarr. d. cap. peccatum 2. part. §. 8: n. 14 de Reg. i.  
 in 6. Carolus V. Romanorum Imperator in S. R. I. Consti-  
 tutionibus poenalibus constit. 169. ibi: Welcher auß Weyern/  
 Reussen/ oder Behalennussen Fisch stilt / ist auch ein Diebstal  
 gleich zu straffen.* Id est, qui ex stagnis, lacubus seu vivariis  
 alienis, clam pisces auferit, furti poena quoque tenetur.

Hisce praesuppositis, sequitur ut de POENIS, *que contra VIII.*  
*Edicta venantibus jure infligi possint*, aliquid etiam differamus. Ad Effectum  
 pertinent et  
 iam poenae  
 De his verò diversae diversorum Jurisconsultorum extant  
 sententiae.

Nos cum Obrecht. *Disp. 1. Civ. 14. de Venat. th. 53. Di. IX.*  
 distinguimus: An subditi id faciant casu an ex proposito: Si  
 casu eas ab omni poena liberos esse dicimus: Si ex proposito  
 rursus distinguimus, an ex necessitate, an verò ex voluptate  
 venentur: Necessitas vel ex paupertate vel ex defensione  
 oritur. Utroque casu Venator misericordia potius quam  
 poena dignus videtur, (non tamen pauperi saepius contra in-  
 terdictiones venanti patrocinari volumus.) At qui venantur  
 ex voluptate, poenam omninò merentur.

*An verò in hos Princeps poenam capitalem statuere possit; X.*  
 meritò Quæritur: quod Negamus cum Dd. communiter. Venantes  
 contra Prins  
 cipum prohibe  
 Sanè laud. Georg. Mor. *d. tract. de j. ven. part. 1. cap. 3. per to-*  
 tum



bitionem capitaliter puniri nequeat

Georgii Morri sententia.

VII. Circumstantia consideranda,

statuit : pro qualitate rei, transgressores tantum puniri posse exilio, deportatione, seu amissione, civitatis vel patriæ, aut relegatione in Insulam vel alium certum locum, & sequentes circumstantias in hujusmodi casibus considerandas esse tradit: idem *num. 18.* I. Quid Venatorem deprehensum ad venandum permoverit II. Considerari debet persona, utrum sit honesta vel levis, & an ea sit ætatis senilis vel juvenilis. III. Perpendi debet locus : Nam ubi quis in spæleis & stabulis altis ferarum, vulgò *in den besten Wildfuhren / da das Wildpreth sein Stand hat* venatur, is profecto aliter puniendus esset, quam qui solum in sylva vel saltu feram caperet. IV. Ponderari debent qualitates : ut an vi armata, animo se tuendi, & an in despectum & contemptum Domini quis venatus fuerit. V. Considerari debet tempus, an interdiu vel noctu, vel alio tempore prohibito, & præsertim quando feræ gignunt, & foetum nutriunt, quis venatus sit. VI. Perpendi debet numerus percussarum captarumque ferarum. VII. Ponderari debet eventus, seu effectus, an voluntas in actum redacta fuerit, ut cum quis indagavit feram, in illamque bombardam exoneravit, feramque tamen non transfixerit nec vulneraverit, & multo minus coeperit. Et consideratis his circumstantiis, quarum iudex rationem omnino habere debet, *Tres velut gradus pœnarum*, in puniendis venationibus clandestinis observari debere monet: prædictus *Mor. d. l. num. 16.* Primo, ut venantes in locis prohibitis prima vice puniantur carcere vel pœna pecuniaria. Deinde, ut venantes deprehensi, secunda vice mulctentur duplicata pœna carceris vel pecuniæ. Tertio, si quis tertia vice venari deprehensus fuerit, poterit talis, tanquam contemptor perlatarum pœnarum pœna corporali, secundum conditionem personæ, qualitatemque facti puniri,

Præ-





Prælaud. Moro ad stipulantur Matth. Wesenb. in par. de XI.

A. R. D. num. 7. inf. & Joh. Schneidew. ad d. S. fera 12. n. 10. Moro con-  
ubi similiter statuunt: Transgressores vel poena pecuniaria, V Wesenb. &  
vel extraordinaria carceris, aut alia simili arbitraria, non au- Schneid.

tem capitis poena, vel amissione membri alicujus affici posse,  
ad quod Schneidew. d. l. textum juris Saxonici Lib. 2. artic. 61.  
adducit, qui ita sonat: Da Gott den Menschen schuff / gab er  
ihme Gewalt / über Fisch vnd Vögel / vnd über alle wilde Thier /  
darumb haben wir das ein Verbund von Gott / das niemand sein  
Leib noch seine Gesundheit an diesen dreien verwircken möge.

Sic & apud nos in COMITATU RAVENSPERGENSI, si. XII.  
militer Venatio tantum sub gravi poena prohibita, uti videre  
est ex supr. Memb. 3. th. 6. memorato. Fürstl. Sächsischer Politi-  
ey Ordnung. Rubr. 2. Vom Jagen vnd Waidwerck. in pr.  
Es sollen unsere Amptleute vnd Befelchhaber NB. bey schwerer  
Straffe vnd vnser Bnignade verbieten lassen / das niemand es  
sey wer er wolle einig Wildpreth mit Büchsen oder Bogen  
schieße.

Et hæc sententia rationi & æquitati omninò conveniens XIII.  
est. Nimis profecto enim durum, nimis iniquum crudele ac Prædicta sen-  
inhumanum: pro abjectissima bestia aliqua capta, hominem tentia ratio-  
ad Dei imaginem creatum, protinus mactari morteq; plecti. ne & æquitas  
Poena enim semper debet convenire delicto. Egregius textus te defendi-  
in l. ii. ff. de pænis ( ubi Marcianus ait: Perspiciendum & iudi-  
canti, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa  
deposcit, nec enim aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda  
est. Sed perpenso iudicio prout quæque res ex postulat, statuendum  
est. Planè in levioribus causis, proniores ad lenitudinem iudices  
esse debent, in gravioribus pænis, severitatem legum cum aliquo  
temperamento benignitatis subsequi. ) Nulla verò est analogia Occurritur  
F 2 inter

9.



argumentis  
contrariis

inter pœnam capitalem & captam bestiam. Non obstat *argumentum* quod urgent sanguinariæ illius legis Defensores: Qui principem injuria afficit capitaliter puniri potest. Atqui qui contra prohibitionem feram capit, Principem injuria afficit. Ergò. *Resp. Limit. Maiorem* qui Principem, qua Principem & ad violandam ejus personam Majestatemque injuria afficit, is capitaliter est puniendus. At feram contra prohibitionem principis capiens, Principis personam vel Majestatem non violat. Objiciunt 2. & hoc. Pœna arbitraria ad mortem extendi potest. *Gloss. in §. in summa 10. Inst. de iniur.* Robert. Maranta. *in spec. suo de ordin. iudic. part. 4. dist. 1. n. 45.* At injuriarum qua tenetur, qui contra prohibitionem ingressus est l. 3. §. 1. de A. R. D. pœna est arbitraria. E. *Resp. itidem Limit. majorem*, quod illa procedat in delictis morte dignis, In Venatione enim, injuriæ causata non est, ut propterea mortis pœna statim sit infligenda. l. 11. l. 13. ff. de pœn. Maranta. *præalleg. loco Bossius in præct. crimin. tit. de reis requir. num. 1.* Vid. omninò Wesenb. d. num. 7. in f. ibique Bachov. in not. Et ad Tr. Vol. 2. disput. 20. th. 3. lit. A. in verb. multo minus obferam captam. Georg. Frantzck *Exercit. 4. quest. 3.* Francisc. Zoanet. in l. 2. C. de pact. inter Empt. & vendit. comp. num. 192. Item in tract. de dupl. Venat. num. 99. & seqq.

XIII. Andreas Fachinæus verò lib. 1. controvers. cap. 1. ejus est sententiæ: Venantes semel adversus Edictum principis morte puniri non debere, sicut nec membri mutilatione vel abscissione, sed pœna carceris vel pecuniaria, aut alia simili pœna. Venantibus contra Edictum Principis iterum & sæpius, pœnam graviolem esse imponendam, non tantum pecuniariam, aut relegationis, sed etiam corporalem, si ita facti & personarum qualitas exigat l. 3. in f. C. de Episcop. audient. l. 28. §. 3. ff. de

Andreas Fa-  
chinæi sen-  
tentia.



*ff. de pœn.* Venantes verò contra Edictum Principis tertia vice, adeoque sæpius, ita ut principem contemnere videantur & sic in corrigibiles facti sunt, pœna capitali plecti posse ait Fachinæus *d.l. ubi. multos in hanc rem Dd. citat. ut Sotum Navarrum, Alphonsum de Castro &c.*

Licet enim crimen aliquod per se capitale non sit, tamen propter maximum Principis contemptum, geminationem & iterationem, capitale fieri posse latè probant, Mascard, *de probat. vol. 2. conclus. 838. Prosp. Farin. lib. 1. variar. quest. & op. crim. tit. 3. q. 22. n. 2. ibiq; alleg.* Hinc isti Fercidix, non principaliter ratione ipsarum ferarum captarum vel occisarum, sed ob maximum Principis contemptum, & extremam contumaciam capite plectuntur. Vnde locum habeat hoc in casu, quod dicitur. Qui principi non obedieret, morte moriatur *1. Reg. cap. 14. & faciat textus. in l. un. C. de Superexat. lib. 10. ibi:*

Reiteratio delicti pœnam capitalem inducit licet delictum per se capitale non sit.

*capitali periculo cupiditas ejus amovenda atq; prohibenda est, si in iisdem sceleribus perseveret. præter citatos cum Fachin. sentiunt Joh. Wurml: nucl. jur. contr. lib. 2. tit. 1. contr. 5. num. 50. qui hanc sententiam practicam esse dicit. Sebast. Medic. tract. de venat. part. 1. quest. 5. num. 7. Johan. Harppr ad d. S. 12. n. 304. & seq. Petr. Heig. in quest. 15. n. 80. part. 1. Everth. Speckh cent. 1. quest. 98. Pruckman. de Regal. d. S. venatio cap. 3. num. 62. Andr. Knichen in Com. de Saxon. non provoc. jure cap. 5. num. 205. & multis seqq.*

Quæ practica cari solet.

Ad prædictum EFFECTUM pertinent etiam REMEDIA JURIS, quæ pro conservando jure venandi competunt. Notandū vero, quod is qui turbatur in jure venandi: Duo habeat remedia quibus se contra turbationē tueri potest. Nam potest vel *utili Interdicto uti possidetis* experiri, quod pro tuenda quasi possessione rerum & jurium incorporalium competit. *l. 8. §. Aristo. 5. inf.*

Ad Effectum pertinent etiam Remedia juris.



Turbatus in  
possessione  
duo habet re  
media.

*ff. si. servit. vindic.* Glossa & Bartol in *l. i. ff. uti. possidet.* Vel a-  
*ctione Vtili Confessoria*, quæ datur contra quemcunque posses-  
sorem turbantem vel impediendum aliquem uti servitute vel  
jure §. 2. & ibi Dd. *Inst. de act. l. 2. l. 10 §. fin. ff. si. serv. vind.* Andr.  
Gail. *lib. 2. obs. 66. n. 13.* Bened. Carpz. *jurispr. For. part. 2. con-*

In possessio  
rio vel quasi  
quid proban-  
dum.

*tit. 7. de fin. 11.* In Possessorio verò vtili interdicto, super jure  
venandi: duo potissimum sunt probanda. Possessio à parte A-  
ctoris, & Turbatio à parte adversarii. Dd. in *cit. ll.* Wesenb.  
*in parat. tit. Vti. possid. num. 5. vers. probari autem* Menoch. *re-*  
*med. retin. 3. num. 137. & 556.*

XVI.  
Possessio  
quomodo  
probanda.

Probatur vero possessio non tantum per investiturarum  
litteras, aliisque instrumentis, sed vivis etiam testibus. Potissi-  
mum vero Præscriptionis probatio, vivis testibus, de actibus  
possessorii attestantibus, quod scilicet in alieno saltu, sciente  
& non contradicente Domino, per legitima temporum spa-  
tia quis venatus fuerit, rectissime peragitur. *Morus d. tract. p.*

Unicus actus  
possessorius  
in quasi pos-  
sessorio suf-  
ficat.

*2. cap. 5. n. 9.* Gail. *de obs. 66 n. 4.* Nec præcisè hic requiritur, ut  
multi actus fuerint celebrati: Nam licet possessio clarius inde  
demonstrari queat; Ad constituendam tamen quasi posses-  
sionem juris incorporalis, unicus actus specialiter ad hoc insti-  
tutus sufficiens est, ut communiter tradunt Dd. Cavarr. *cap.*  
*possessor 2. part. 2. init. n. 6. de R. juris in 6.* Andr. Knichen *de subl.*  
*& Reg. territ. 1. cap. 3. num. 157.* Testes autem melius est adhi-  
bere seniores, qui dicere possunt, ita se semper vidisse, & ex  
majoribus suis audivisse, nec ab ullo unquam fuisse ante com-  
pletam præscriptionem impeditum, facit *l. si chorus 79. §. 1.*  
*ibi: & audivisse se Rusticos senes ita dicentes ff. de legat. 3. & sic*  
Andr. Gail. *d. obs. 66. num. 8.* Mynsing. *cent. 1. obs. 30.*

Testes senio-  
res adhiben-  
di.

XVII.  
Testes singu-

Et hoc tamen diligenter observandum est, quod licet  
regulariter testes singulares, de actu vel facto aliquo deponen-

tes



tes non probent l. 21. §. 3. ff. de Testib. c. cum dilectus 32. vers. & si tres. & c. 23. bona memoria. vers. porro excessus. de Elect. & elect. pot. Myns. cent. 3. observ. 76. Welenb. ad tit. ff. de Testibus n. 6. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 5. n. 4. Bened. Carpz. Jurisp. F. R. part. 1. const. 16. def. 40. tamen hoc non procedit, in probanda jurisdictione vel servitute: Vnde si in servitute venandi unus testis deponat de uno actu, alius de alio, licet singulares sint tamen probant: Ratio est, qui ad probandum unum integrale, sufficit probare ejus partes per testes singulares, quia respectu ejusdem finis concordant, & si in tempore & actibus discordent, & sic non dicuntur singulares, per text. l. 16. ibi: in unum conspirantes concordantesque rei finem C. de pænis. Ita in terminis Andr. Gail. d. obs. 66. n. 10, 11. Confer. Myns. cent. 2. obs. 20.

lares regula-  
riter non pro-  
bant.

Fallit hoc in  
probanda juris-  
dictione  
aut servit. ven-  
nandi.

Probata igitur satis servitute juris venandi, ex temporis XVIII. præscriptione, & actibus possessorii, sententia definitiva profertur, quod videlicet Reo turbatori non licuerit actorem in jure venandi taliter turbare, & quod impofterum à tali turbatione desistere, & eo nomine sufficienter cavere, prætereaque damna ex turbatione illata, seu quanti interest actoris, ipsum à nemine fuisse turbatum, solvere & præstare debeat, l. 7. l. 12. ff. si serv. vind. l. 3. §. ult. ff. uti possid. Gail. præd. l. num. ult. Schneidew. ad §. 4. Inst. de interd. Rubr. de interd. uti possid. n. 66. add. Georg. Mor. d. part. 2. cap. 5. num. 10.

Forma pro-  
nunciandi  
contra Tur-  
batores ju-  
ris venandi.

Quæritur quid juris, quando Actor & Reus juris venandi XIX. actus possessorios testibus numero & dignitate paribus probat? Respond. Is victoriam reportare debet, qui antiquiorem & continuatam possessionem accuratius probaverit. Ratio est, quia eo ipso quod actor de antiquiori quasi possessione probat, præsumitur rei quasi possessio junior clandestina, violenta vi-  
tiosa

Si utrinque  
actus posses-  
sorii dedu-  
cantur, qui is  
victoriam re-  
portare de-  
beat,

9.



tiola, c. licet causam 9. de probat. ibique Panormit. num. 35. Si  
 verò non constet de antiquiore possessione alterutrius, tunc  
 si unus allegat titulum, alter non, pronunciandum est pro eo,  
 qui titulum suæ possessionis docuerit. Bart. in l. si duo. 3. n. 4.  
 in f. ff. uti possid. Baldin l. un. n. 10. C. uti possidet. Ratio, quia ti-  
 tulata possessio magis justificatur per viam rationis, ex primor-  
 dio enim tituli posterior formatur eventus l. 1. §. fin. in f. C. de  
 impon. lucr. descript. At non probato titulo nec antiquiore  
 possessione; tunc data paritate probationum in dubio pro reo,  
 cujus partes sunt favorabiles, sententia feretur l. 125. de R.  
 1. ibique Decius in pr. c. 11. de R. 1. in 6. Gail. lib. singal. de pignorat.  
 observ. 22. per tot. quem sequitur latè Mor. in d. tract. part. 2.  
 cap. 6. per tot. vid. Wesenb. parat. uti possidet. num. 5. sub. fin.

XX. Quæritur quid faciat iudex, aut quomodo judicabit, quando  
 neuter probavit de possessione, & non apparet uter possideat? Re-  
 spondeo, ne partes ad arma veniant pacemque publicam  
 violent, iudicis officio incumbere interloquendo, utrique  
 parti præcipere, ut possessione abstineant & ne venentur in  
 locis controversis, donec causa fuerit discussa in ordinario pe-  
 ritorio, text. Elegans. in l. 13. equissimum ibiq. Glossa ff. de usu  
 fructu Imò poterit & hoc casu Iudex loco inhibitionis posses-  
 sionem sequestrare tantisper, donec summarie cognoscatur,  
 utri momentanea possessio ac iudicanda sit. l. 1. §. sed si inter ff.  
 uti possidet. l. 14. C. de Agricol. & Censit. lib. 11. ut interim ab ar-  
 mis abstineant d. l. equissimum ff. de usufr. Hinc in in S. R. Im-  
 perio saluberrimè prodita est constitutio super litigiosa pos-  
 sessione, de qua in Ordin. Cam. Imperialis part. 2. tit. 21. §. ob-  
 auch disponitur, in Comitibus Wormatienibus & Augustanis  
 Anno 1521. Anno 1548. Anno 1555. promulgata, revisa &  
 ampliata. Andr. Gail. pract. obs. lib. 2. obs. 5. Myns. cent. 2. observ.  
 96. Castrenf. consilio 3. volum. 2. per totum. Quan-

Q. 2. quomo-  
do iudex ju-  
dicare debe-  
at, quando  
non apparet,  
uter possi-  
deat?

Constitutio  
super litigio-  
sa possessione  
in S. R. 1. pro-  
dita.



Quandoquidem verò nostris temporibus non rarò ac- **XXI.**  
 cidit, inter Principes, Status imperii & primarios Nobiles, ut **Remedia il-**  
 ob turbatam jurisdictionem vel possessionem juris venandi, **licita.**  
*pignorationibus* sese defendere velint, dum alterius Principis  
 Status Imperii & Nobilis Venatores, saltuarios, canes venati-  
 cos, plagas, retia &c. capiunt & auferant, incidenter paucula  
 quædam attingamus.

Quoniam verò ejusmodi *pignorationes*, omni juri tam **XXII.**  
 communi quam Imperii prohibita sint *cap. un. de iniur. in 6.*  
*Novel. ut non fiant pignorationes 52. Nov. 134. c. 4. t. t. C. ut null.* **Pignoratio-**  
*ex vican. pro al. vican. deb. ten.* Non enim habet rationem aliū **nes omni ju-**  
 quidem esse debitorem, alium vero exigi *d. Nov. 52.* Nemo **re sunt pro-**  
 enim alterius odio prægravari debet *t. t. C. ne uxor. pro mar.* **hibitæ.**  
 Andr. Gail. *lib. sing. de pignorat. obs. 3. n. 8.*

Hinc in sacro Rom. Imperio saluberrimè proditum est **XXIII.**  
 remedium Constitutionis pignorationis, ut patet ex **Constitutio**  
 Cam. Imper. *part. 2. tit. 22 Von Pfandungen.* Et pignoratus **pignoratio-**  
 nisi agat ex hac constitutione, in continenti mandatū sine clau- **nis.**  
 sula in Camera, ad restituendos captivos, resque oppignora-  
 tas, cum omni sua causa, sine sumptu, ohne **Entgelt** (salvo ta-  
 men jure petitorio & possessorio coram ordinario judice) ob-  
 tineri potest. Deputat. **Abscheid. Spira fact. de Anno 1660. §.**  
**weiter ist auch & §§. seqq.** Gail. *d. lib. de pignorat. obs. 13. in pr.*  
 Ludov. Gilhausen *arbor. judic. cap. X. de proces. execut. §. 3. num.*  
**44. & seq.**

Ad obtinendos verò super hac constitutione processus: **XXIV.**  
*Quinq;* potissimum *requisita* in supplici libello deducenda sunt, **Requisita pignorationis.**  
 I. quod uterque pignorator & pignoratus immediatè subsint  
 imperio. II. quod pignorat<sup>o</sup> sit in possessione eius loci & juris.  
 III. quod pignorator ibi loci ubi fit pignoratio, aliquid novi ju-  
 ris

9.



ris sibi, pro hujusmodi oppignoratione usurpare ac acquirere velit. IV. Ut res tertia, & quidem innocens, & alia capiatur, propter rem aliam. V. Ut pignoratio facta sit ex causa civili, & non criminali, de his requisitis in terminis: post Andr. Gail. *d. lib. de pignorat. obs. 3. num. 5.* Vid. Georg. Mor. *tract. de j. ven. p. 2. c. 7. per tot.* Petr. Frid. Mindan. *de process. lib. 1. cap. 34. 35. 36. & 37.*

XXIV. Sæpe accidit ut *mutua & reciproca* fiant pignorationes. vulgo *Gegen Pfandung.*

Mutua pignorationes etiam illicitæ.

Quæritur igitur: *utrum licita sint hujusmodi pignorationes, præsertim prius pignorato & offenso?* Quod Negam. Pignoratus enim via juris, non facti, id est repignorationis jus suum & possessionem defendere tuerique debet text. *in l. 13. ff. quod met. caus. l. 6. C. Vnde vi.* Repignorationes enim ad deterio-rem exitum & arma spectant, pax publica læditur, quod iudex vi-gore *præd. Constitut.* præcavere debet. *arg. l. 13. §. aequissimum ff. de V. usufr.* Hinc in Camera Imperiali, si fiat repignoratio, sive mutua pignoratio, utriusque parti in causa mandati paritio in-jungitur, ut scilicet pignora ablata restituant, quibuscunq; ex-ceptionibus non obstantibus: & sic tradit Andr. Gail. *d. lib. de pignorat. obs. 12. num. 2.* Mor. *d. p. 2. cap. 8.*

#### MEMBRUM DECIMUM.

De

### CONTRARIIS.

THESES. I.

**R**Estant CONTRARIA seu modi quibus jus venandi finitur. ILLA sunt I. *Interdictiones pœnales*, quia prohibent, quo minus Venatio liberè exerceri possit. 2. *Naturalis libertatis recuperatio.* Obrecht. *disp. j. Civ. 24. th. 48.* de quibus ha-tenus ad nauseam usq; diximus.

Præci-



Præcipui vero modi hodiernis moribus sunt.

I. AMISSIO FEVDI. Resolutis enim modis acqui- II.  
 rendi, resolutum quoque erit jus inde acquisitum, cum secun- Finitur Venatio.  
 dum Vlpian. in l. 53. de Res. j. Nihil tam naturale est, quam eo l. Feudi Amis-  
 genere quidque dissolvere, quo colligatum est. Quomodo sione.  
 vero Feudum amittatur, hisce pagellis exponere non licet, nec  
 etiam hujus loci est. Videantur interim Feudistæ ad tit. Feud.  
 quibus mod. Feud. amitt.

II. PRÆSCRIPTIO *Contraria*. de hac etiam dubium III.  
 non est, quod si enim præscribens primus à secundo prohi- 2. Præscri-  
 beatur uti venatione, tum posterior quoque præscriptio justè ptione.  
 facta prævalebit, cum jus posterius absque dubio deroget pri-  
 ori, arg. l. 10. si servit. vindic.

III. Non utendo per longum tempus, ammittitur etiam IV.  
 Venatio, singulari privilegio alicui concessa; quemadmodum 3. Non uten-  
 alias regulariter privilegium, quo alicui facultas faciendi ali- to per longū  
 quid cōceditur, præscriptione amittitur l. 1. ff. de Nund. Anton. tempus.  
 Fab. in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 10. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 11.  
 num. 98. Id tamen cum hac limitatione accipiendum: Si tem-  
 pus præscriptionis effluxerit ab illo termino, quo privilegii  
 usus aliquis esse potuerit & noluit uti; Secus si occasio venan-  
 di se non obtulerit. Nam si ideo forte venatio omissa sit, quod  
 in sylvis feræ aut nullæ aut paucissimæ fuerint visæ, tum tali  
 casu per non usum jus venandi non amittit, per text. notab.  
 in l. unus ex sociis 34. S. fin. cum l. seq. 35 ff. de serv. R. P. Vbi servi-  
 tus hauriendi aquam ex fundo alterius, non amittitur, si fons  
 exaruerit, ita ut servitute uti non potuerit. Non enim pœna  
 esse debet ubi nulla negligentia, dict. l. Et non valenti agere  
 nulla currit præscriptio l. 1. in. f. C. de Annal. Except. Ita Andr.  
 Gail, lib. 2. obs. 40. n. 1. & 2, D. Bened. Carpz. in jurisp. For. p. 3.  
 const.



const. 32. defin. 18. Quamvis prudentius fiat, & lites quam optime præcidantur, si nihilominus interdum Venatio ibi instituat, & maxime in limitibus: **Wann die Gränzen etwas bezogen werden.**

Atqui hæc sunt, quæ pro instituti ratione & tenuioris ingenii modulo de Occupatione Venatoria, absque ullius PRÆIUDICIO (quod sanctè protestor) irradere volui. Scio quidem, & lubentissimè fateor, esse adhuc multa, quæ ad præsentem pertinent materiam, sed ob rerum mearum statum abrumperere cogor. Si qua in re aberravero, à B.L. spero me facile veniam impetraturum.

Est aliquid prodire tenus, si non datur ultra.

Soli laus summa Jehovæ!



## C O R O L L A R I A.

I.

**C** Ad vera suspensorum rectè in patibulo relinquuntur, & sepultura non traduntur, quo alii ab iisdem facinoribus deterreantur.

II.

Injuriam inferens, sub protestatione reservandi honoris, ut si dicat, Tu Mentiris salvo honore, non excusatur.

III.

Qui necessitatis tempore, esculenta & vestimenta &c. aufert, mitius quidem est puniendus, non vero prorsus impunitus relinquendus.

F I N I S.




X 261 5933


WDA











B.I.G.

Farbkarte #13

*Suppl. I. 486. 10. 15.*  
*78. 5*  
*1660, 1.*

GURALIS  
TIONE  
SDEMQUE

agtrecht.

HORITATE  
SIMI ICTORVM  
A MARPVRGENSI

IBUS ac privilegiis  
è obtinendis.  
ADEMICORVM

BILFELD.  
Lq. C.

TORVM  
Academia Typographo